tŭmēſcens — Læta tumeſcentes, æquoris audit aquas — *Id. ibid.*
vĭrĭdis — Nec ſemper viridi concava puppis aquæ — *Id. l. 1. de Art.*
ĭrrĭgŭa — Parva ſed irriguis ora ſalubris aquis — *Id. ibid.*
mōllis — Dura tamen molli ſaxa cavatur aqua — *Id. l. 2. de Art.*
dēsĭlĭens — Humidus exalto deſilientis aquæ — *Id. l. 4. Faſt.*
rōrālis — Virgaque rorales aurea miſit aquas — *Id. ibid.*
lævis — Ipſe poteſt rivos ducere lævis aquæ — *Id. 1. de Rem.*
sūrda — Ad ſurdas tenui voce ſonantur aquas — *Id. ad Liv.*
plăcĭda — Nec ſonitus placidæ ducere poteſt aquæ — *Tibul.*
lĭquĭda — In cinerem et liquidas munera vertet aquas — *Id.*
frīgĭda — Frigida de tota fronte cadebat aqua — *Prop. l. 2.*
vĭlis — Vilem jejunæ ſæpe negavit aquam — *Id. l. 3.*
jăcens — ———— mœſtoque ignava profundo — *Luc. lib. 5.*
Stagna jacentis aquæ
æquŏrĕa — Æquorea reſtinxit aqua — *Id. lib. 8.*

cāna

cāna ——canis ubi tollitur omnis—Campus aquis *Val. Flac.* 1.
EPITH. RECENT. plŭvĭālis, sērpens, fōntāna, lŭtŭlēnta, līmpĭda, pērspĭcŭa, vivax, pŭtēāna, hērbōsa, sŏnans, sŏnōra, spūmĭfĕra, stāgnans, nāvĭgĕra, pīscĭfĕra, pīscōsa.

AQUALICULUS.

pīnguis Pinguis aqualiculus perpenso sesqui pede extat *Persius.*

AQUARIUS,
Zodiaci undecimum signum.

frīgĭdus ——— quum frigidus olim *Vir.* 3. *Geo.*
Jam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno
ūrnĭger Et qui portat aquam puer urniger, et duo *Id. de sig.*
pisces
nīmbĭfĕr Urnaque nimbiferi piscisque noviſſima forma *Id. ibid.*
EPITH. RECENT. hōrrĭdus, hūmĭdus, trīstis, hūmens, tŭmĭdus, ūdus, flŭvĭālis, nīmbĭfer, gĕlĭdus, frīgens.

AQUILA, *avis.*

āles Jōvis Ætherea quos lapsa plagas Jovis ales aperto *Virg.* 1, *Æn.*
præpes —— quem præpes ab Ida *Id.* 5. *Æn.*
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis
fĕrox Nec imbellem feroces *Hor.* 3. *Car.*
Progenerant aquilæ columbam
rēgĭa Implicat ut serpens, quem regia sustinet ales *Ov. l.* 4. *Met.*
prædātrix Non aliter quam cum pedibus prædator a- *Id. l.* 6. *Met.*
duncis—Deposuit nido leporem Jovis ales
grāta Jōvi Grata Jovi fulvæ rostra videbis avis *Id. l.* 5. *Fast.*
flammĭgĕra Accurrit niveo quam flammiger ales olori *Stat.* 8. *Th.*
fūlva ——— fulvusque tonantis— Armiger *Claud.*
EPITH. RECENT. āltĭvŏlans, sŭblimis, rēgālis, bēllātrix, gĕnĕrōsa, vēnātrix, āĕrĭa, māgnănĭma.

AQUILA, *pro signo, seu vexillo.*

victrix Victricesque aquilas alium laturus in orbem *Luc.*
bēllātrix Stant bellatrices aquilæ sævique dracones *Claud.*
EPITH. RECENT. Mārtĭa, tērrĭbĭlis, Cæsărĕa, Rōmāna.

AQUILO, *seu Boreas.*

frīgĭdus Frigidus et sylvis Aquilo decussit honorem *Virg. l.* 2. *G.*
īmpŏtens Quod non imber edax, non Aquilo impotens *Hor. l.* 3. *Car.*
Possit diruere
Sīthŏnĭus Ille Noto, Zephyroque, et Sithonio Aquiloni *Ov. in Ep.*
sævus At tu, sæve Aquilo, nunquam mea vela vi- *Prop. lib.* 2.
debis

siccus

sĭccus	Pigro bruma gelu, ficciſque Aquilonibus hærens	*Luc. lib.* 4.
Scўthĭcus	—— ſed Scythici vicit rabies Aquilonis	*Id. lib.* 5.
raūcus	At quum December corus, et bruma impotens Aquilone rauco mugiet	*Mart. lib.* 1.
ĭnīquus	Stridenteſque feram flatus Aquilonis iniqui	*Id. lib.* 10.
Strўmŏnĭus	Strymoniuſque altas Aquilo contorquet nives	*Seneca.*
nīvōſŭs	Et qua nivoſi Aquilonis ruinas	*Id.*
sūdus	Qua ſudus Aquilo proprium locum tenet	*Quint.*
Rīphæus	Brumave Riphæo ſtridens Aquilone retardat	*Claudian.*

EPITH. RECENT. ăcūtus, hōrrĭfer, rĭgĭdus, dūrus, pĭcĕus, ſtrīdens, gĕlĭdus, glăcĭālis, sŏnōrus, răpĭdus, Hўpērbŏrĕus, ălgens, tērrĭbĭlis, triſtis.

ARA.

sacra	Aut aris ſervare ſacris, aut ſcindere terram	*Virg.* 3. *Geo.*
ŏdōrāta	Surgit odoratis ſublimis fumus ab aris	*Id. in Ætn.*
sōlēnnīs	Solennes taurum ingentem mactabat ad aras	*Id. l.* 2.
pīnguis	Aut ante ora Deûm pingues ſpatiatur ad aras	*Id. l.* 4. *Æn.*
thūrĭcrĕm.	Vidi, thuricremis cum dona imponerit aris	*Id. ibid.*
flāgrans	—admovitque pecus flagrantibus aris	*Id. l.* 12.
fūmĭda	Fumida cingantur florentibus ara coronis	*Ov. l.* 3. *Faſt.*
fūmōſa	Ipſe ego thura dabo fumoſis candidus aris	*Id.* 2. *l. Met.*
cūlta	—perque omnia ſæcula cultis Arceor, ô nati, niſi vos ſuccurritis, aris	*Id.* 6. *Met.*
hērbōſa	Placet odoratis, herboſas ignibus aris	*Id. lib.* 15.
fūlgens	Cernite fulgentes ut eat ſacer agnus ad aras	*Tibul.*
cŏrōnāta	Inde coronatas ubi thure piaveris aras	*Prop. l.* 3.
fūmans	Acciperent læti Divûm fumantibus aris	*Catul.*
cāndĭda	Libetur tibi candidas ad aras	*Mart. l.* 9.
vĭrĭdis	Si te rure coli, virideſque pigebit ad aras	*Id. l.* 12.
grāmĭnĕa	Gramineas undis ſtravit ſocialibus aras	*Sil. l.* 4.
cāſta	Advocat et caſtas polluti fœderis aras	*Id. lib.* 17.
jūſta	Regnaque, et juſtis fortuna recederet aris	*Stat. lib.* 12.
fēſta	Nec ſolum feſtas ſecreta Neapolis aras	*Id.* 4. *Syl.*
hŭmĭlis	Circum humiles aras, ignotaque nomina divûm	*Val. Flac.* 3.
frōndens	—et ſummas frondentibus intulit aris Libavitque dapes	*Id.*
săcrĭfĭca	Inde ubi ſacrificas cum conjuge venit ad aras	*Id. l.* 8.

EPITH. RECENT. thūrĭfĕra, īllūſtris, rŭtĭla, nĭtĭda, mārmŏrĕa, ăurāta, vōtīva, albens, rĕnīdens, tĕpĭda, lūcens, sāncta, fūmĭfĕra.

ARABES,
Incolæ Arabiæ, nationis Aſiaticæ.

ēxtrēmi	Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos	*Hor. l.* 1. *Ep.*

pālmĭ-

pālmĭferĭ — Palmiferoſque Arabas, Pancheaque rura reliquit — *Ov. l. 10.*

thūrĭlĕgi — Nam modo thurilegos Arabas, modo ſuſpicit Indos — *Id. l. 4. Faſt.*

tĕnĕri — Quos tener a terra divite millit Arabs — *Tibul.*

cōi — Eoique Arabes, dives et Aſſyria — *Id.*

mōlles — Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant — *Claud.*

dīvītes — Et qui ſagittas divites Arabes linunt — *Seneca.*

EPITH. RECENT. nigri, æſtŭōſi, ŏpŭlēnti, ŏdōrā.i, thūrĭfĕri, pīcti, lōngĭnqui.

ARABIA, *Aſiæ natio celeberrima.*

EPITH. RECENT. dīves, thūrĭfĕra, pālmĭfĕra.

ARACHNE, *Lydiæ mulier, quæ cum Minerva de lanificiis certare auſa eſt.*

Mæŏnĭa — Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes — *Ov. l. 6. Met.*

Idmŏnĭa — Ter quater Idmoniæ frontem percuſſit Arachnes — *Id.*

ănĭmōſa — Non tulit infelix, laqueoque animoſa ligârat Guttur — *Id.*

EPITH. RECENT. ŏpĕrōſa, sōlers, Lȳdia, pērfĭda, dōcta, sŭpērba, āmbĭtĭōſa.

ARACYNTHUS.

Actæus — Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho — *Virg. in Buc.*

EPITH. RECENT. Ætolus, Grāius.

ARANEA.

ĭnvīſă Mĭnervæ — ——aut inviſa Minervæ — *Vir. l. 4. Geo.*

Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes

sūblīmis — Nec tenuem texens ſublimis aranea telam — *Tibul.*

pūtris — Putris et in vacuo texetur aranea lecto — *Prop. l. 3.*

văga — Nec vaga tam teneri diſcurſat aranea tela — *Mart. l. 1.*

Lȳde — Turgida non prodeſt in pyxide condita Lyde — *Juv. Sat. 2.*

ārĭda — Arida cum tota deſcendat aranea tela — *Id. Sat. 14.*

aūdax — Audax ſacrilego ſupplebat aranea textu — *Claud.*

EPITH. RECENT. pēndŭla, sūbdŏla, āĕrĭa.

ARAR, *ſive Araris, Galliæ fluvius.*

pĭger — Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus unda — *Sil. lib. 14.*

tārdus — Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit — *Claud.*

EPITH. RECENT. sēgnis, lēntus, lōngĭnquus, fĕrox, gāllus, lēnis, tăcĭtus.

ARATOR.

cūrvus — Tempora quæ meſſor, quæ curvus arator laboret — *Virg. in Buc.*

rōbūſtus — Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvit arator — *Id.*

dūrus — ——quos durus arator

Obſervans, nido implumes detraxit —— — *Id. l. 4. Geo.*

infēlix

ĭnfēlix	Concidere infelix validos miratur arator	*Ov. l.* 7.
pĕlĭtus	Verbera pellitus fetoſa movebat arator	*Prop. l.* 4.
rūſtĭcānus	Aratores ruſticani agros habent, &c.	*Cic.*
gnāvus	Gnavi aratores agros latos fertiles defererent	*Id.*
sĕdŭlus	Dum ſedulus arator vomere perſtringere ordinem ſtudet	*Colum.*
	EPITH. RECENT. ĭncūrvus, dōctus, dēſcīnctus.	

ARATRUM.

dēprēſſum	Depreſſo incipiat jam tunc mihi taurus aratro	*Virg. l.* 1. *Ge.*
flexum	Vomis et inflexi primum grave robur aratri	*Id.*
cūrvum	——————et curvi formam accipit ulmus aratri	*Id.*
ĭncūrvum	Agricola incurvo terram molitus aratro	*Id.*
dūrum	Ille gavem duro terram qui vertit aratro	*Hor. l.* 1. *Sat.*
ădūncum	——————quod adunci vulnera aratri, &c.	*Ov. l.* 2. *Met.*
ūncum	Prima Ceres unco glebam dimovit aratro	*Id. l.* 5. *Met.*
rūrĭcŏla	Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri	*Id. l.* 4. *Triſt.*
pătĭens	Ergo cum ſilices, quum dens patientis aratri Depereant ——	*Id. l.* 2. *El.*
vălĭdum	Nec valido quiſquam terram ſcindebat aratro	*Id. ibid.*
rūſtĭcum	Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit	*Id. l.* 2. *de Ar.*
hăbīle	Lucra petens, habili tauros adjungit aratro	*Tibul. l.* 1.
ĭmprēſſum	——et impreſſo tellurem vertere aratro	*Sil. l.* 3.
	EPITH. RECENT. ōblīquum, pāndum, rŭde.	

ARATUS, *poeta.*

dōctus	——doctique modos extendis Arati	*Stat. l.* 1. *Syl.*
	EPITH. RECENT. săgax, ātrĭlŏquus.	

ARAXES, *Armeniæ fluvius.*

pōnt. ĭndig.	——et pontem indignatus Araxes	*Vir. Æn.* 8.
Mēdum	Medumque flumen gentibus additum	*Hor. l.* 2. *Car.*
bārbărus	Sub juga jam Seres, jam barbarus ĭſſet Araxes	*Luc. l.* 1.
Arměnĭus	Adjacet, Armeniumque bibit Romanus Araxem	*Id. l.* 7.
gĕlĭdus	Non tibi quum primum gelidum tranſibit Araxem	*Id. l.* 8.
nēvĕus	Qui bibit Gangem, niveum quoque frangit Araxem	*Seneca.*
fĕrus	Accipiat, quantum ferus exultabit Araxes	*Stat. l.* 1. *Syl.*
	EPITH. RECENT. Arměnĭus, văgus, ĭmplācātus, răpĭdus, nĭvĕus, flŭĭtans, Scўthĭcus, Mēdus, fĕrus.	

ARBITER.

EPITH. RECENT. æquus, jūſtus, ămīcus, sĕvērus, ĭniquus, ĭnjūſtus.

ARBITRIUM.

EPITH. RECENT. æquum, jūſtum, ĭnīquum, ĭnjūſtum, sĕvērum.

ARBOR.

sўlvēſtris	——puero ſylveſtri ex arbore lecta Aurea mala decem miſi	*Virg. in Buc.*
tĕnĕra	——teneriſque meos incidere amores Arboribus	*Id. ibid.*
rĕvĕrens	Redditur arboribus florens reverentibus æſtas	*Id. de ob. Mæ.*
ūmbrōſa	Nam prius umbroſa carituros arbore montes	*Ov. l.* 4. *de P.*
ŏpāca	Cingit et anguſtas arbor opaca comas	*Id. l.* 3. *Triſt.*
āprīca	Hic color aprica pendentibus arbore pomis	*Id. l.* 4. *Met.*
ŏdōra	Illius lachrymis quas arbor ſudit odora Ungimur ——	*Id.* 1. *de Ar.*
plāntārĭa	Antiquam plantarias arbuſculas effodias ſolo	*Col. l.* 6.
frōndens	In proximo frondentis arbuſculæ rama, &c.	*Id. l.* 10.
ālta	Propter aquæ rivum ſub ramis arboris altæ	*Luc. l.* 2.
rāmōſa	Ramoſa tamen cum ventis pulſa vacillans Æſtuat in ramos incumbens arboris arbor	*Id. l.* 5.
păt̆ŭla	Frondibus, et patula defendimus arbore ſoles	*St. l.* 3. *Syl.*
pōmĭfĕra	Pomiferaque meas ſuſpendit ab arbore vittas	*St. l.* 4. *Syl.*
vērna	Arbore quid verna luxurioſus ager	*Mart. l.* 11.
fĕrax	Et hoc ſi facies ad arbores feraces, &c. EPITH. RECENT. frūctŭōſa, frūgĭfĕra, fērtĭlis, căva, flōrens, vĭrens, sūblīmis, flexĭlis, frōndōſa, frāgrans, ămœna, fœcūnda, fæta, ārdŭa, vĭrĭdis, rĭgĭda.	*Cato.*

ARBUSTUM.

frūctŭōſum	Qui volet frequens et diſpoſitum arbuſtum Paribus ſpatiis fructuoſum habere EPITH. RECENT. lætum, ūmbrans, frōndōſum, vĭrĭde, dēnſum, ŏpācum, ămœnum, tĕnĕrum, vērnum, sўlvēſtre.	*Colum. l.* 6.

ARBUTUS.

vĭrĭdis	Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra	*Vir. in Buc.*
hōrrĭda	Inſeritur vero ex fætu nucis arbutus horrida	*Id. l.* 2. *Geo.*
frōndens	———jubeo frondentia capris Arbuta ſufficere —	*Id. l.* 3. *Geo.*
lătens	Impune tutum per nemus arbutos Quærunt latentes EPITH. RECENT. ūmbrōſa, păt̆ŭla, ŏpāca, fœcūnda.	*Hor. l.* 1. *Car.*

ARCA.

fĕrrāta	Ignorat, quantum ferrata diſtet ab arca	*Juv. S.* 11.
ærāta	—ærata multus in arca—Fiſcus	*Id. S.* 14.
păt̆ŭla	Quam patulæ vix ceperat angulus arcæ	*Id. S.* 13.

vĕſtĭārĭa Arcam veſtiariam unam, &c. *Cato.*
EPITH. RECENT. sĕpūlchrālis, prŏfūnda.

ARCADES.

prĭōres ——aſtris, lunaque priores—Arcades *Statius.*
vĕtĕres Aut te ſtellifero deſpicient polo *Seneca.*
Sidus poſt veteres Arcades editum
EPITH. RECENT. āntīqui, mōntāni.

ARX, *ſeu* ARCES.

āĕrĭæ Protinus aërias Phæacum aſcendimas arces *Vir. l. 3. Æn.*
ūmbrōſæ Impiger umbroſa Parnaſſi conſtitit arce *Ov. 1. Met.*
āltæ Qualiter ex alta quum Juppiter arce coruſcat *Val. Fl. l. 5.*
cōnſpĭcŭæ Mœnia conſpicuas quæ nunc attollitis arces *Claud.*
EPITH. RECENT. tūrrĭgĕræ, vălĭdæ, fōrtes, dūræ, mūnītæ, ārmĭſŏnæ, sūblīmes, sŭpērbæ, sūmmæ, ārdŭæ, cēlſæ, vāllātæ.

ARCHILOCHUS,
Poeta Parius, Iambici carminis inventor.
EPITH. RECENT. Spārtānus, ōbſcœnus, īmmōrtālis.

ARCHIMEDES,
Geometra inſignis Syracuſanus.
EPITH. RECENT. Sўrăcūsĭus, dōctus, ĭngĕnĭōſus, sōlers, cĕlĕber, illūſtris.

ARCTOPHYLAX, *urſæ cuſtos.*

cūſtos ūrſæ Tingitur oceano cuſtos Erymanthidos urſæ *Ov. l. 1. Tri.*
glăcĭālis Languet Hyperboreæ glacialis portitor urſæ *Stat. l. 1. Th.*
tārdus Cuſtoſque fui tardus plauſtri, jam non ſtabilis ruet Arctophylax *Seneca.*
EPITH. RECENT. pĭger, trīſtis, rĭgŭus, frīgĭdus.

ARCTOS,
Signum cœleſte prope polum Septentrionalem.

gĕlĭda Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos *Vir. 6. Æn.*
ŏpāca Opacam porticus excipiebat Arcton *Hor. l. 2. Car.*
Mēnăliăm Menaliam tacitis ne levet Arcton aquis *Ov. l. 2. Faſt.*
glăcĭālis At ubi ſe terris glaciali fudit ab arcto *Sil. l. 1.*
Strўmŏnĭa Sive hos Strymonia Boreas jecit ab arcto *St. l. 3. Th.*
frĕmens Dulcius Ædonias hyemes, arctumque frementem *Id. l. 5. Th.*
vēntōſa Tollit hyemes animos ventoſaque ſibilat arctos *Id. ibid.*
æthĕrĕa Ætherias prius perfundet arctos pontus *Seneca.*
Lўcăŏnĭa Inde Lycaonia paulatim expulſus ab arcto *Claud.*
EPITH. RECENT. frīgens, prŭīnōſa, Scўthĭca, ālgens, hўbērna.

ARCUS.

Ithūræus ——Ithuræos taxi torquentur in arcus *Vir. l. 2. Geo.*
hōrrĭſŏnus Dejicit horriſono quinto Stymphalidas arcu *Id. de Lab. H.*

hăbĭlis

hăbĭlis	Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum	*Id. l.* 1. *Æn.*
âcer	Aut acres tendunt arcus, &c.	*Id. l.* 7. *Æn.*
lētĭfer	——————ſonat una letifer arcus	*Id. l.* 9. *Æn.*
aūrĕus	Aureus ex humeris ſonat arcus	*Id. lib.* 11.
mĭnax	Et arcus—Oppoſitis foribus minaces	*Hor.* 3. *Car.*
Cȳdōnĭus	Primuſve Teucer tela Cydonio—Direxit arcu	*Id. lib.* 4.
fūlgens	Augur et fulgente decorus arcu—Phæbus	*Id. in car. Sec.*
cōrnĕus	Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi	*Ov. l.* 1. *Met.*
lēntus	Exuit huic humero pharetram lentoſq tetendit Arcus————	*Id. ibid.*
flēxus	Arma aſſueta capis flexumque a cornibus arcum	*Id. l.* 2. *Met.*
Gŏrtĭnĭăcus	Nec Gortiniaco calamus levis exit ab arcu	*Id. lib.* 7.
pătŭlus	Impoſitis calamis patulos ſinuaverat arcus	*Id. lib.* 8.
sĭnŭātus	Impoſuit nervo ſinuatoque expulit arcu	*Id.*
cūrvus	Nam clavam et curvos trans ripam miſerat arcus	*Id. l.* 9.
Sārmătĭcus	Moris an oblitus patrii, contendere diſcam Sarmaticos arcus?	*Id. l.* 1. *de Po.*
Gĕtĭcus	Ipſe quidem Getico peream violatus ab arcu	*Id.* 3. *de Pon.*
ădūncus	Jam mihi prima deeſt arcu præſignis adunco	*Id. in Ep.*
sĭnŭōſus	Lunavitq; genu ſinuoſum fortiter arcum	*Id. l.* 1. *El.*
flēxĭbĭlis	Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus	*Id. l.* 3. *El.*
ſævus	Fæmina nec flammas, nec ſævos excutit arcus	*Id. l.* 3. *de Art.*
sūbdŏlus	Subdolus et verſis increpat arcus equis	*Prop. l.* 4.
Arměnĭus	Armenioſq; arcus geticis intendite nervis	*Luc. l.* 8.
ĭncĕrtus	Bella gerit tenebras incerto debilis arcu	*Id.*
ĭnĭquus	Arçu crudelis iniquo, &c.	*Stat.* 1. *Th.*
fŭgax	Pannoniuſq; ferox, arcuque horrenda fugaci Armenia————	*Id.* 1. *Syl.*
ĭnsānus	Torvus ad huc Athamas inſanus flecteret arcus	*Id.* 2. *Syl.*
tĕnſus	——————tenſoque modos imitabitur arcu	*Id.* 3. *Syl.*
trūx	Pone truces arcus, agmen immite pharetræ	*Id.* 3. *Syl.*
tĕres	Nec teretes arcus, maculis nec diſcolor artis	*Id.* 4. *Th.*
Gnōsĭăcus	——Gnoſiacos arcus habet et vaga tela	*Id. lib.* 8.
fătĭfer	Namq; ut fatiferos converti proſpicis arcus	*Sil. l.* 2.
Lȳcĭus	——Lycios damnans haſtilibus arcus	*Id. lib.* 8.
Achæmĕn.	——et Achæmenio velocior arcu	*Id. lib.* 15.
Hĕrcŭlĕus	Addit et Herculeos arcus, haſtamque Minervæ	*Juv. Sat.* 13.
dŭbĭus	Stat procul intendens dubium pater anxius arcum	*Val. Flac.* 1.
lĕvis	——————levis omnibus arcus, &c.	*Id. lib.* 3.
ſtrĭctus	Subligat et ſtricto ſtat proximus armiger arcu	*Id. lib.* 5.
Scўthĭcus	De ſpoliis Scythicos arcus, aut rapta Gelonis Cingula—	*Claud.*
Amāzŏnĭus	Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu, &c.	*Id.*
cōnōrus	Frænaq; et immanes pharetras, arcuſque ſonōros	*Id.*

cūrvātus

cūrvātus	Excutit et ſolvi curvator imperat arcus	*Claud.*
Mænălĭus	Mænalios arcus, venatriceſque pharetras	*Id.*
rĕfŭgus	Torquebas refugum Parthis mirantibus arcum	*Id.*
	EPITH. RECENT. mĭnans, bēllĭger, săgĭttĭfer, tābĭfĭcus, vūlnĭfĭcus, flĕxĭlis, ĭnŏpīnus, sŏnans, ſtrīdŭlus, nōxĭus, nĭtĭdus, Thrāx, Dĭctæus, rĭgĭdus, ĭncūrvus.	

ARCUS, *cæleſtis.*

pĭctus	Multicolor picto per nubila devolat arcu	*Virg.*
plŭvĭus	Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus	*Hor. in Art.*
pūrpŭrĕus	Purpureus fluvius cur bibit arcus aquas	*Prop. l.* 3.
nūbĭlus	Tum color in nigris exiſtit nubilus arcus	*Lucr. l.* 6.
ĭmbrĭfer	——ſive imbrifer arcus	*Stat.* 7. *Th.*
	Seu modo lana dedit nubes	
	EPITH. RECENT. cælēſtis, rŭtĭlus.	

ARDOR.

Sīrĭus	Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor	*Virg. l.* 10.
fĕrvĭdus	Et micet interdum flammati paſſimus ardor	*Lucr. l.* 5.
flāmmĕus	Quicquid id eſt, quacunque è cauſa flammeus ardor	*Id.*
tūrbĭdus	At nimis eſt ingens incedi turbidus ardor	*Id. l.* 6.
Vŭlcānĭus	Inde velut mixtis Vulcanius ardor arenis	*Val. Flac.* 4.
dēvĭus	Me timor impulerit, me devius egerit ardor	*Claud.*
	EPITH. RECENT. ănhēlus, ĭgnĕus, fūlgĭdus, rădĭans, nōxĭus, rŭtĭlans, vŏrax.	

AREA.

lāta	Et patet in curas area lata meas	*Ov. in Ep.*
plānāta	Ergo cum recipere non poſſet area planata, &c.	*Vitruv.*
	EPITH. RECENT. ſtrāta, pŏtens, plāna, spătĭōſa, căpax, ĭnānis, văcŭa, lāta, āmpla.	

ARENA.

ſtĕrĭlis	Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam	*Virg.* 1. *Geo.*
bĭbŭla	Collectum humorem bibula deducet arena	*Id.*
ſpĭſſa	Fluctibus et ſpiſſa campos perfundit arena	*Id. in Bat.*
flāvens	Turbidus et torquens flaventes Iſter arenas	*Id.* 3. *Geo.*
nŭm. cărens	Te maris et terræ numeroque carentis arenæ	*Hor.* 1. *Car.*
vāgă	At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ	*Id. ibid.*
ātrĭta	Ibat et attritas verſabat rivus arenas	*Ov.* 2. *Met.*
ūda	Doque leves ſaltus udæque innitor arenæ	*Id.* 3. *Met.*
mŭdĭda	——madida reſupinus arena—Calcitrat	*Id.* 12. *Met.*
pĕrĕgrīna	Contingeret fletus peregrinæque hauſtus arenæ	*Id.* 13. *Met.*
līmōſa	Cantet et innitens limoſæ pronus arenæ	*Id.* 4. *Triſt.*
nĭtĭda	Integer et melior nitidis gladiator arenis	*Id.*
vīlis	Pærum ſponte tua vilis arena tegas	*Prop. l.* 3.
grăcĭlis	——et foſſus graciles imiratur arenas	*Colum.*
flŭvĭālis	Seu quod quidam malunt fluvialem arenam	*Id.*

flūmĭnĕa

flūmĭnĕa Hunc ego fluminea deformis truncus arena *Luc. l.* 1.
æquŏrĕa Fertur ad æquoreas, ac se prosternit, arenas *Id. l.* 5.
putris Totaque in Æthiopum putris solvaris arenas *Id. l.* 8.
lĭttŏrĕa Primum littoreis miles lassatur arenis *Id. l.* 9.
mōbĭlis Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis *Id. ib.*
nūda Summa ducis virtus, quia nuda fusus arena *Id.*
mōllis ———et mollis solidus promet agger arenas *Stat.* 4. *Syl.*
ūndans —ac vivis cumulos undantis arenæ—Aggerat *Id.* 8. *Th.*
nătans Turbidus imbre genas, et nube natantis arenæ *Id. lib.* 9.
ĭngēsta Squallentem rumpens ingestæ torvus arenæ *Sil. l.* 10.
gĕlĭda Æstuat et gelidam eructans cum murmure arenam *Id. l.* 13.
mădens O nemus, ô fortes, solidumque madentis arenæ *Mart.* 10.
Littus———
sāxĭfĕra Saxiferæ surgat quibus imber arenæ *Val. Fl.* 5.
rĕflŭa Tethyos alternæ refluens calcavit arenas *Claud.*
flŭctŭans Et fluctuantis more turbati maris abjicit arenas *Seneca.*
EPITH. RECENT. cārbūncŭlōsus, pătŭla, pūlvĕrĕa, hūmens, pīscōsa, vitrĕa.

ARETHUSA,

Nerei et Doridos filia, Dianæ comes.

frīgĭda Frigida cæleſtum matres Arethusa vocarat *Ov. l.* 4. *Fast.*
Arcădĭa Virginis Arcadiæ certus adegit amor *Id.* 3. *El.*
EPITH. RECENT. vēlox, Sĭcŭla, fŭgax.

ARGANTHONIUS, *Hispaniæ rex,*

Quem tria sæcula vixisse aiunt.

EPITH. RECENT. vĕtus, bēllĭger, dives, pŏtens, vivax.

ARGENTUM.

lēntum Aut leves ocreas lento ducunt argento *Virg. l.* 7.
sŏlĭdum Par donum, solido argento cælata bipennis *Sil. l.* 16.
EPITH. RECENT. līvens, clārum, nĭtĭdum, ālbum, pūrum, splēndens, grātum, prĕtĭōsum, pāllĭdum.

ARGI, *Peloponnesi urbs.*

Abāntæi Nuper Abantæis templo Junonis in Argis *Ov. l.* 15.
Ināchĭi Pallidus Inachiis qui de super imminet Argis *Stat.* 1. *Th.*
dĭtis —da quam modo ditibus Argis—Campus alit *Val. Fl.* 4.
EPITH. RECENT. Agămēmnŏnĭi, Græci, Achīvi.

ARGILLA.

tĕnŭis Tenues ubi Argillæ, et dumosis calculus arvis *Vir.* 2. *Geo.*
ūda ———argilla quidvis imitabitur uda *Hor.* 2. *Ep.*
dūlcis Sabulum quoque cui subest dulcis argilla, &c. *Col. l.* 3.

ARGO,

Dicta ab ejusdem nominis artifice, et fuisse prima navium.

Păgăsæa Jamque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant *Ov. 7. Met.*
Tritōnis Quid mihi cum Minyis, quid cum Tritonide pinu *Id. in Ep.*
Māgnēsis Cur unquam Colchi Magnesida vidimus Argo *Id. ibid.*
Pallădĭa ———quo præcipiente columba *Id. in ib.*
Et data Palladiæ prœmia duxque rati
Æmŏnĭa Tiphys in Æmonia puppe magister erat *Id.*
rŭdis ———cum rudis Argo
Miscuit ignotas temerato littore gentes *Luc. lib. 1.*
Argīva Cum læti juvenes Argivæ robora puppis *Catull.*
Thēssăla —semideos inter me Thessala regis—Duceret *St. 3. Th.*
tĕmĕrārĭa Et puppem temerariam Minervæ *St. 2. Syl.*
Thēssălĭca Aut hinc Thessalicam fortuna ratem *Val. Fl. 5.*
Pēlĭăca Si modo Peliacæ non sum, &c. *Id. lib. 8.*
audax Armatum scopulis audax irrumperet Argo *Claud.*
ārdŭa ———quod si ardua Tiphym *Id.*
Navis ob innocuæ meritum sic gloria vexit
EPITH. RECENT. nōbĭlis, Argīva, Argŏlĭca, Jāsŏnĭa, cĕlebris, flūctĭvăga, improba, vēlox.

ARGONAUTÆ,

Heroes illi, qui in Argo navi Colchos profecti sunt ad vellus aureum rapiendum.

Grāii Et quondam Graiis Phasi petite viris *Ov. 4. de Po.*
audāces Venerat audaces attuleratque viros *Id. in Ep.*
Pĕlāsgi Excipit hospitio juvenes Ææta Pelasgos *Id.*
Argōi Olim equidem Argoos pinus cum Thessala reges *Stat. in Ach.*
Huc veheret ——
EPITH. RECENT. Jāsŏnĭi, Æmŏnĭi, Argŏlĭci, flūctĭvăgi, clāri, fortes, gĕnĕrōsi, īmpăvĭdi, māgnănĭmi, cĕlebres, immortāles.

ARGOS, *regio et urbs in Peloponneso.*

āptum ēquis Aptum dicit equis Argos, &c. *Hor. 1. Car.*
nōbĭle Argos nobilibus nobile civibus *Seneca.*
Achāium Argos et superis si quis Achaium *Id.*
EPITH. RECENT. sūpērbum, Inachĭum, dīves, clārum, pŏtens, āntīquum, cĕlebre, indŏmĭtum, māgnĭfĭcum.

ARGUMENTUM.—*Vid.* SIGNUM.

ingens Argumentum ingens et custos virginis Argus

ARGUS,

Arestoris filius, adhibitus a Junone ad custodiendum Io, filiam Inachi, quam Jupiter in vaccam commutaverat.

cūstos vīrg. Argumentum ingens, et custos virginis Argus *Virg. l. 7.*
Arīstŏrĭdes Donec Aristoridæ servandum tradidit Argo *Ov. 1. Met.*

stēllātus

stēllātus	Talia dicenti stellatus submovet Argus	*Ov. 1. Met.*
cūstosjūnō-nĭus	Dum nimium servat custos Junonius Io,	*Id. 1. El.*
	Ante suos annos occidit	
	EPITH. RECENT. vĭgil, vĭgĭlans, īnsŏmnis, pĕrnox, cēntŏcŭlus, fĭdēlis, Lynceus, fidus.	

ARIA,

Romana mulier, quæ, damnato Pæto marito, fodit gladio corpus.

cāsta	Casta suo gladium cum traderet Aria Pæto	*Mart. l. 1.*
	Quem de viscĕribus erexerat ipsa suis.	

ARIADNE, *Filia Minois regis Cretæ.*

Mĭnōis	Hæc quoque præterea notum Minoidis astrum	*Vir. in Batt.*
Gnōsis	Et Phæbus Daphnen, et Gnosin Bacchus amavit	*Ov. in Ep.*
Gnōsĭas	Pone metum, Bacchi Gnosias uxor eris	*Ov. 1. de Art.*
Gnōsĭa	Gnosia, Thesææ quondam perjuria linguæ	*Tibul. l. 4.*
	Flevisti——	
sīdĕrĕa	Testis fidereæ torta corona deæ	*Prop. l. 3.*
Crēssa	——non talem Cressa superbum	*Stat. 5. Syl.*
	Callida revocavit Thesea filo	
	EPITH. RECENT. Mĭnōĭă, pūlchra, fōrmōsa, dēcēpta, fĭdēlis, vĕnūsta.	

ARICIA.

nĕmŏrālis	Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros	*Martial.*
	Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma	*Luc. lib. 6.*

ARIES.

cōrnĭger	Corniger imprimis aries, et corniger alter Taurus——	*Virg.*
trūx	Cum mare trux aries cornu decertat	*Ov. 4. Fast.*
pĕtūlcus	Itaque capti vel arietis petulci sævitiam, &c.	*Col. l. 8.*
pūgnāx	Affirmat pugnacem arietem mitigari	*Id.*
præceps	Aries præceps ibat in undas	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. tōrtus, cĕler, lānĭgĕr, vēllōsus, pĕtŭlans, bālans.	

ARIES, *machina.*

fĕrrĕus	——ferreus olim	*Ov. lib. 11.*
	Quum lacerat aries, balistave concutit arces	
dūrus	——duroque resolvere muros—Ariete	*Sil. lib. 3.*
præceps	Saxa rotet præceps aries	*Claud.*
	EPITH. RECENT. fōrtis, tūrrĭfrăgus, vāllĭdus, mūrālis, fĕrrātus, Māvōrtĭus, mĭnax, stŭpēndus.	

ARIMASPUS *et* ARIMASPI.

dīves	Quod legit dives summis Arimaspus arenis	*Luc. lib. 7.*
	EPITH. RECENT. aurĭfer, aurĭflŭus.—— Arimaspis proprium, gĕlĭdi.	

ARIOLUS.—*Vid.* AUGUR, ARUSPEX.

ARION,
Methymnæus citharædus, et poeta lyricus.

vōcālis Cynthia fæpe tuis fertur vocalis Arion *Ov. 1. Faſt.*
Mēthȳmn. Sic Methymnæo gaviſus Arione Delphin *Mart. l. 1.*
EPITH. RECENT. Apōllĭnĕus, Cĭthărædus, Phœbēĭus, dōctus, dūlcis, cănōrus, ĭnfēlix, cĕlebris, blāndus.

ARION, *equus.*

vōcālis Qualis et Adraſti fuerit vocalis Arion, &c. *Prop. lib. 2.*
Adrāſtæus Hunc et Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion *Stat. 1. Syl.*

ARISTA.

mōllis Molli paulatim flaveſcet campus ariſta *Vir. in Buc.*
pīnguis Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta *Id. 1. Geo.*
æſtīva Et riget æſtivis herſutus campus ariſtis *Id. 4. tem.*
tĕnĕra ——nec teneras curſu læſiſſet ariſtas *Id. 7. Æn.*
grăvĭda Nec renovatus ager gravidis canebat ariſtis *Ov. 3. Met.*
cāna Tempus et in canas ſemen producit ariſtas *Id. 3. Triſt.*
Cĭnўphĭæ Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas *Id.*
grăcĭlis Utque levis Zephyro graciles vibrantur ariſtæ *Id. in Ep.*
flāva —dum flavas bis tondet meſſor ariſtas *Sil. lib. 5.*
ōdōrāta Odoratas ne Arabs decerpſit ariſtas *Stat. 5. Syl.*
EPITH. RECENT. frăgĭlis, fœcūnda, læta, frūgĭfĕra, ōpīma, Cĕrĕālis, rĭgĭda, jējūna, flāvens, fērtĭlis, āurāta, āurĕa, lōnga, grăvis, dīves, pānda, cūrvāta.

ARISTARCHUS.
EPITH. RECENT. dōctus, sĕvērus.

ARISTEUS,
Apollinis et Cyrenes filius, primus uſum et cultum mellis invenit.

cūltor nĕm. Neptune, et cultor nemorum, cui pinguia Cææ *Virg. 1. Geo.*
Arcădĭus Tempus et Arcadii memoranda inventa magiſtri *Id. 4. Geo.*
EPITH. RECENT. prōcax, Apōllĭnĕus, Jŭvĕnis.

ARISTIDES, *Athenienſis inſignis.*
EPITH. RECENT. jūſtus, æquus, pāuper.

ARISTIPPUS, *Cyrenenſis Philoſophus.*

Græcus Quid ſimile iſti Græcus Ariſtippus *Hor. 2. Ser.*
Sōcrătĭcus Ariſtippus Philoſophos Socraticus, naufragio ejectus, &c. *Vitruv.*
EPITH. RECENT. Lăcĕdæmŏnĭus, tūrpis, ōbſcœnus, Epĭcūrus.

ARISTOPHANES, *poeta comicus Athenienſis.*

prægrāndis Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles *Perſius.*
EPITH. RECENT. mōrdāx, sālſus, dĭsĕrtus.

ARISTO-

ARISTOTELES, *Stageritanus,*

Philoſophorum præcipuus, auditor Platonis, fuit princeps ſectæ Peripateticæ, et habuit Alexandrum magnum diſcipulum.

Pĕrĭpātētĭ. Ariſtoteles et Theophraſtus Peripatetici *Varro.*
Stăgĕrītes Pythagoras Samius et Ariſtoteles Stagerites *Id.*
EPITH. RECENT. dīvīnus, dōctus, sūbtĭles, săgax, sōlers, pĕrītus, īngrātus, īmmōrtālis, Stăgĭræus.

ARMA.

Cĕrĕālĭa Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma Expediunt feſſi rerum——
fŭlgēntĭa Ipſe urbem repeto, et cingor fulgentibus armis *Vir. 2. Æn.*
īmpĭa ——————quique arma ſecuti—Impia *Id. l. 6.*
Vŭlcānĭa Si bellum ingrueret, Vulcaniaque arma per auras *Id. l. 8.*
rădĭāntĭa Arma ſub adverſa poſuit radiantia quercu *Id.*
grăvĭa ——et prato gravia arma quieſcunt *Id. l. 10.*
pĭcta Pulſant, et pictis bellantur Amazones armis *Id. l. 11.*
lūctŭōſa Medus infeſtus ſibi luctuoſis Diffidet armis *Hor. 3. Car.*
vĭrĭlĭa ——adde, virilia quod ſpecioſius arma, &c. *Id. lib. 1. Ep.*
hōrrĭda Sævior ingeniis, et ad horrida promptior arma *Ov. 1. Met.*
crĕpĭtāntĭa Sanguineaque manu crepitantia concutit arma *Id. ib.*
ſcĕlĕrāta Pugnat, et inceſſit, ſceleratæque devoret arma *Id. 5. ib.*
vălĭda Juſtitia, dubium eſt, validiſne potentior armis *Id. 6. ib.*
fĕra Ut fera plus valeant legibus arma facit *Id. 4. de Pont.*
Gĕtĭca ——Geticis ſuccingar ab armis *Id. 2. ib.*
pūgnācĭa At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis, &c. *Id. 1. Faſt.*
īnfēſta Tyndaris infeſtis fugitiva repoſcitur armis *Ov. in Ep.*
crŭēnta Non ego cum Danais arma cruenta fero *Id.*
dūra Ipſa novas veſtes, dura vir arma feret *Id.*
pŏtēntia Nos tibi blanda Venus, puerique potentibus armis *Id. 3. El.*
trĭſtĭa ——vulgi nec triſtia noſſem—Arma *Tib. lib. 1.*
cāſtrēnsĭa Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis *Prop. l. 3.*
fĕrālĭa Nec tamen ô ſuperi licuit feralibus armis *Luc. l. 2.*
fŭrĭālĭa ——non te furialibus armis—Proſequor *Id. l. 1.*
ſæva ——et ſævis libertas uritur armis *Luc. l. 2.*
ĭnĭmĭca ——inimica ſubegi—Arma metu *Id. l. 5.*
nŏcĭtūra Cladibus irruimus, nociturique poſcimus arma *Id. l. 7.*
fūnēſta Solve domum, remove funeſta ſatellitis arma *Id. l. 10.*
pēſtĭfĕra ——arcu crudelis iniquo Peſtifera arma jacit *Stat. 1. Th.*
mœſta Arma mœſta virûm, atque infectos cædibus enſes *Id. 5. Th.*
nĭtēntia —lævaque nitentia dono—Arma ferens Tydeus *Id. 6. Th.*
ēgrĕgĭa Currus et egregiis modo formidatus in armis *Id. l. 8.*
īnsāna Pejor et inſanis Capaneus metuendus in armis *Id. l. 10.*
ăvĭda Non avida arma vocant, ipſa inſanire videtur *Id. lib. 10.*

lūcĭda	Et lucida communi arma manu	*Id. l.* 11.
dĭscōrdĭa	——ipſæ odiis diſcordibus armis—Aptemur	*Id. ib.*
călēntĭa	——notum quid cæde calentibus armis	*Sil. lib.* 4.
nĭvĕa	Hinc adit infelix niveis Varrenus in armis	*Id. ib.*
răpĭda	Interea rapidis aderit Servilius armis	*Id. l.* 5.
răbĭda	His dictis fractus furor, et rabida arma quiêrunt	*Id. l.* 7.
trĕpĭdāntĭa	Cornipedum hinnitu, et multum trepidantibus armis	*Id. l.* 9.
lætālĭa	——lætalibus eripit armis	*Id. l.* 10.
ĭmprŏba	——nunc improba, fædere rupto, Arma reponenda	*Id. l.* 11.
ĭnīqua	——obluctatus iniquis—Defendendum armis	*Id.*
ĭnfēlīcĭa	Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis	*Id. l.* 15.
hōſtilĭa	Ecce inter medios hoſtilia nuncius arma	*Id.*
sŏnāntĭa	Nimirum thyaſis, et læta ſonantibus armis	*Claud.*
rĕfŭlgēntĭa	Ubi triarii conſurrexerunt integri refulgentibus armis	*Livius.*

EPITH. RECENT. vĭŏlēnta, rĕbēllĭa, āurāta, fātālĭa, āſpĕra, Māvōrtĭa, vēsāna, trŭcŭlēnta, fērrĕa, ærĕa, sāŋguĭnŏlēnta, ūltrīcĭa, crūdēlĭa, præfŭlgēntĭa, bēllĭca, fŭlgĭda, hōrrĭsŏna, atrōcĭa, rĭgĭda, mĭcāntĭa, ăhēna, vĭctrīcĭa.

ARMARIUM.—*Vid.* ABACUS.

ARMATURA.—*Vid.* ARMA.

ARMENIA,

Aſiæ regio inter Taurum et Caucaſum montes.

hōrrēnda	Pannoniuſque ferox, arcuque horrenda fugaci Armenia——	*Stat.* 1. *Syl.*

EPITH. RECENT. mōntōſa, hōrrĭda.

ARMENII.—*Vid.* ARMENIA.

ŏdōrāti	Jactat odoratos vota per Armenios	*Tibul. l.* 1.

ARMENTUM.

būcĕrum	Lanigeroſque greges, armentaque bucera pavit	*Ov.* 6. *Met.*
mōntānum	Quid tibi cum ſpeculo montana armenta petenti	*Id.* 1. *de Art.*
tōrvum	Sic ubi dilectos per torva armenta juvencos	*Stat.* 1. *Th.*
ſpūmans	——ſpumantiaque ignis—Accipit armenta	*Id.* 6. *Th.*

EPITH. RECENT. vălĭdum, lānĭgĕrum, dĭſcŏlor, pīngue, ērrāns, cōrnĭgĕrum, mōntĭvăgum, pīgrum, ŏbēſum, ĕdax, tārdum.

ARMI.

vălĭdi	Figitur et validis ſonipes Ætolas in armos	*Stat. l.* 9.
rĭgĭdi	——vel qui rigidos vibrata per armos	*Claud.*

EPITH. RECENT. hirti, fŏrtes, pŏtēntes, dūri, ālti.

AROMA.

EPITH. RECENT. dūlce, grātum, ŏlēns, Săbæum, Aſſўrĭum, Indĭcum, bālsămĕum, Cўprĭum.

ARPI, *Apuliæ urbs.*

Ætōli — Atque hic legatos Ætola ex urbe remiſſos — *Vir. l.* 11.

ARS.

EPITH. RECENT. mīra, sălūtāris, dīvīna, ŏpĕrōſa, āpta, clāra, ĭmĭtātrīx, mīrānda, nōva, ingĕnĭōſa, dŏlōſa, vērsūta, nōbĭlis, ābjēcta, cĕlebris.

ARS, *pro fraude.*

Pĕlāſga — ——dolis inſtructus et arte Pelaſga — *Vir. 2. Æn.*

ARTEMISIA,
Mauſoli, regis Cariæ uxor.

EPITH. RECENT. inclўta, cāſta, nōbĭlis, pŭdīca, mœſta.

ARTICULUS.

EPITH. RECENT. mōllis, mōllĭcŭlus, tĕnŭis, rōsĕus, nĭtĭdus, cāndĭdus.

ARTES, *liberales.*

ĭngĕnuæ — Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes — *Ov. 2. de Po.*
ŏpĕrōſæ — Nil famuli cætus, nil ars operoſa medentum — *Stat. 5. Syl.*
EPITH. RECENT. præclāræ, ēgrĕgĭæ, dōctæ, sōlērtes, dĕcōræ.

ARTIFEX.

dōctus — ——quanta experientia docti—Artificis — *St. 4. Syl.*
EPITH. RECENT. clārus, pĕrītus, mănŭālis, cĕlebris, vĭgil, săgax, sōlērs, mīrābĭlis, sōllĭcĭtus, mātūtīnus.

ARTUS.

mŏrĭbūndi — ——qui nobis moribundos deſerit artus — *Lucret. l. 3.*
pūlchri — ——et pulchros ferro perſtrinxerit artus — *Stat. in Ach.*
vălĭdi — Ipſa quoque et validos proferre modeſtius artus — *Id.*
EPITH. RECENT. rōbūſti, fōrtes, cădūci, frăgĭles, fōrmōſi, fēſſi.

ARVINA.

pĭnguis — ——et ſpicula lucida tergunt—Arvinâ pingui — *Vir. 7. Æn.*
EPITH. RECENT. sūccŭlēnta, mōllis, tĕnax.

ARUNDO.

tĕnĕra — Hic virides tenera prætexit arundine ripas — *Vir. in Buc.*
flŭvĭālis — ——et ripis fluvialis arundo—Cæditur — *Id. 2. Geo.*
grăcĭlis — Utque levi Zephyro gracilis vibratur arundo — *Ov. 1. El.*
cērāta — Et leve cerata modulatur arundine carmen — *Id. lib. 11.*
trĕmŭla — Creber arundinibus tremulus ibi ſurgere lucus — *Id. ibid.*

crīnālis

crīnālis ——vertice luxuriat crinalis arundo *Claud.*
ĕxĭlis Exilemque et humilem arundinem affert *Col. l.* 4.
EPITH. RECENT. ūmbrōsa, pălūstres, glaŭca, flūmĭnĕa.

ARUNDO, *pro fistula.*

tenuis Agrestem tenui meditabor arundine musam *Vir. E.* 6.

ARUNDO, *pro sagitta.*

lēthālis ——hæret lateri lethalis arundo *Vir.* 4. *Æn.*
vŏlans Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo *Vir.* 4. *Æn.*
vŏlucris Extremus volucri qui fixit arundine malum *Id.*
trĕmŭla Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces *Ov.* 2. *de Ar.*
hāmāta Inque cor hamata percussit arundine Direm *Ov.* 5. *Met.*
Gortȳnis Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo *Luc. lib.* 6.
pēnnāta Pennata saltus assuetus arundine Mopsus *Sil. lib.* 2.
pĕnĭgĕrābĭ. Armigeri costæ penetrabilis hæsit arundo *Id. lib.* 7.
strīdens Interdum stridens per nubila fertur arundo *Id. l.* 9.
Cȳdōnæa Ecce Cydonæa violatus arundine plantam *Id. l.* 10.
Māurūsĭa Loricæ interdum Maurusia pendet arundo *Id. ib.*
Dictæa ————Dictæa per auras *Id. l.* 15.
Tranat, et in medium perlabitur urbis arundo
Cȳdōnĭăca Terga Cydoniaca Cretos arundine pulsat *Stat.* 14. *Th.*
ăcūta Dotatæ uxori cur arundine fixit acuta *Mart.*
Scȳthĭca Non arcus Scythica tensus arundine *Seneca.*
EPITH. RECENT. Pārthĭca, lēvis, cĕler, Lȳdĭa.

ARUSPEX.

Hētrūscus In autem Hetruscis aruspicibus *Vitruv.*
Arměnĭus Armenius, *vel* Comagenus Aruspex *Juv. Sat.* 6.
EPITH. RECENT. Rōmānus, săcer, vērus, vānus, fātĭdĭcus, ōbscūrus, tērrĭfĭcus, sōlērs, săgax, prōvĭdus, pĕrītus, mēndāx, dīvīnus, lōngævus, sānctus, sĭnĭster, Tūscus, vĕnĕrābĭlis.

ARUSPICIUM.—*Vid.* AUGURIUM.

Pērsĭcum Et discat Persicum aruspicium *Cat.*

ARVUM.

dūlce Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arva *Vir. in Buc.*
pīngue Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis *Id. ib.*
dūmōsum Tenuis ubi argilla, et dumosis calculus arvis *Id.* 2. *Geo.*
hĭŭlcum Ubi hiulca siti findit canis æstifer arva *Id.*
lātum Neve sit errandum lato spatiantibus arvo *Ov.* 4. *Met.*
fœtum ——fœto consurgit in arvo *Id. l.* 7.
vinĭfĕrum Viniferis late florebat Massiacis arvis *Id. ib.*
ūber Non portu, cessove situ, non dotibus arvi—Uberis *Id. l.* 13.
ăpūtum Rara, nec hic felix in apertis eminet arvis *Id.* 3. *de Pon.*
ŏlĭvĭfĕrum Primus oliviferis Romam deductus ab arvis *Id.* 3. *Fast.*
ŏpĕrōsum Tempora qui solis, operosa colentibus arva *Ov.* 1. *de Ar.*
bĕnĕfĭcens

bĕnĕŏlens	Poſſidet atque metit quicquid beneolentibus arvis	*Tibul.*
rāmōſum	Ramoſis Anio qua pomifer incubat arvis	*Propert.*
frūgĭfĕrum	Utraque frugiferis eſt inſula nobilis arvis	*Luc. l.* 3.
pătŭlum	Effuſam patulis aciem committeret arvis	*Id. lib.* 6.
prŭīnōſum	Inque pruinoſo coluber diſtenditur arvo	*Id. ib.*
măd̆ĭdum	——et ſpumis madida arva reliquit	*Stat.* 1. *Th.*
ŏdōrĭfĕrum	——odoriferis Arabum quod doctus in arvis	*Id.* 1. *Syl.*
pōmĭfĕrum	Pomifera arva creant——	*Sil. l.* 4.
vāſtum	——ac vaſtis trepidatur in arvis	*Id. ib.*
lĭmōſum	Nam quæ limoſa verſantur arva, &c.	*Col. l.* 2.
glārĭōſum	Napus glarioſis ſabuloſiſque arvis melioreſcet	*Id.*
rĭgŭum	——riguoque madeſcit luteris arvo	*Id. l.* 11.
fĕrtĭle	Arvi fertilis incolæ	*Seneca.*

EPITH. RECENT. gĕnĭāle, spătĭōſum, rōscĭdum, flōrĭdum, rūrāle, flōrĕum, hērbĭfĕrum, flōrĭgĕnum, ſpīrāns, flōrēns, ămœnum, vīrēns, fĕrāx, ăquōſum, ſcŏpŭlōſum, rŭdŏlens, pīctum, pūlvĕrŭlēntum.

ARX.

Tўrĭa	Audierat Tyrias olim quæ verteret arces	*Vir.* 1. *Æn.*
ſŭmma	Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce	*Id.* 2. *Æn.*

EPITH. RECENT. sŭpērba, ăĕrĭa, ēlāta, ĭnĕxpūgnābĭle, sūblīmis, ārdŭa, ālta, cēlſa, ēxcēlſa, tūrrĭta, tūrrĭgĕra, vălĭda, fōrtis, mūnīta, văllāta, sŏlĭda, sēcūra.

ASCANIUS,
Æneæ ex Creuſa filius.

dŭlcis	Pro dulci Aſcanio veniat	*Vir.* 1 *Æn.*
rēgĭus	Regius accitu chari genitoris ad urbem	*Id.* 5. *Æn.*
Ænēĭdes	Sic Æneide telis impune Numanum Oppetiſſe tuis	*Id. l.* 9.
Dārdănĭus	Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum	*Id. lib.* 10.
bĭnōmĭnis	Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba.	*Ov. lib.* 14.

EPITH. RECENT. pūlcher, Albānus, Trōĭus.

ASCRA, *Heſiodi poetæ patria.*

EPITH. RECENT. vĕtus, Pārnāſſis, Hĕlĭcōnĭa.

ASELLUS. *Vide* ASINUS.

ASIA, *orientalis regio terræ.*

măgna	—magnæque iterata revolvam—Jura Aſiæ	*Stat.* 1. *Syl.*

EPITH. RECENT. pŏtēns, dĭves, lāta, ſpătĭōſa, fĕrax, fœcūnda, ŏpŭlēnta, fĕrtĭlis.

ASILUS.

āſper	——cui nomen Aſilo Romanum eſt, Oeſtrum Graii vertêre vocantes——Aſper, acerba, ſonans, &c.	*Vir.* 3. *Geo.*

ASINUS.

ASINUS.

tārdus	Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli	*Vir. l.* 1. *Geo.*
pāndus	Venerat et ſenior pando Silenus aſello	*Ov. l.* 1. *Faſt.*
āurītus	In caput aurito cecidit delapſus aſello	*Ov. l.* 1. *de Ar.*
ŏnĕrārĭus & clītellārĭus	Villicus habeat aſinos onerarios, clitellarios	*Cato*
plaūſtrārĭ et mŏlārĭ	Habeat villicus aſinos plauſtrarios duos, molarium unum	*Id.*
dōſsŭārĭus	Aſellis doſſuariis comportant ad mare oleum aut vinum	*Id.*
Arcădĭcus	Hic caput Arcadici nudum cute fertur aſelli	*Col.*
tūrpis	Te ſenior turpi ſequitur Silenus aſello	*Seneca.*

EPITH. RECENT. vīlis, pīger, ĭnērs, īgnāvus, sēgnis, īnsūlſus, rŭdēns, ſtŏlĭdus, ŏnĕrātus.

ASPARAGUS.

mōntānus	Montani aſparagi, poſito quos villica fuſo Legit——	*Juv. Sat.* 11.
ĭncūltus	Gratior incultis non erit aſparagis	*Mart.*

ASPECTUS.

EPITH. RECENT. vĕnūſtus, pūlcher, bĕnīgnus, dūlcis, sĕrēnus, ămīcus, hĭlăris, blāndus, plăcĭdus, mītis, tērrĭbĭlis, fĕrox, tōrvus, mĭnax, sĕvērus, hōrrĭdus, fōrmīdābĭlis, trŭcŭlēntus, fĕrus.

ASPERGO.

sālſa	Objectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes	*Vir.* 3. *Æn.*

EPITH. RECENT. plŭvĭāl s, mărīna.

ASPERITAS.

āgrēſtis,&c.	Aſperitas agreſtis et inconcinna graviſque	*Hor. l.* 1. *Ep.*

EPITH. RECENT. ăcērba, dūra, hōſtĭlis, fērālis, flēbĭlis, ĭmōlērābĭlis.

ASPIRAMEN.—*Vid.* AFFLATUS, HALITUS.

ASPIS.

sīccæ	——ſtabant in margine ſiccæ—Aſpides	*Luc. l.* 4.
sōmnĭfĕra	Aſpida ſomniferam tumida cervice lavavit	*Id. l.* 9.
lētĭfĕra	Letifera dubios expirant Aſpide partus	*Id.*

EPITH. RECENT. sōmnĭcŭlōſa, sōmnĭfĭca, tŭmēſcēns, fōrmīdābĭlis, vĕnēnōſa, lūbrĭca, hōrrĭda, tūrgĭda, Phărĭa, *i. e.* Ægyptia.

ASSENSUS.

EPITH. RECENT. liber, ōptātus, grātus, cōmmūnis.

ASSER.

dūrus	——ferit hic cubito, ferit aſſere duro	*Juv. Sat.* 3.
cŭpressĭnus	Aſſeres diſponantur inter ſe cupreſſini	*Vitruv.*

EPITH. RECENT. quērnus, frāxĭnĕus, fōrtis.

ASSYRIA,

ASSYRIA,
Aſiæ pars, in imperio Perſiæ.

dīves Eoique Arabes, dives et Aſſyria *Tibul.*
EPITH. RECENT. pōtens, fĕrax.

ASTRA.

cælēſtĭa Hæc nobis magna affinis cæleſtibus aſtris *Vir. in Æt.*
Titānĭa Lucentemque globum lunæ, Titaniaque aſtra *Id.* 6. *Æn.*
aūrĕa Aurea cum luna ſucceditis ignibus aſtra *Ov. l.* 7. *Met.*
rădĭāntĭa Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris *Id. l.* 9.
nĭtēntĭa Obſtitit Orion, Latona nitentibus aſtris *Id. l.* 5. *Faſt.*
lūcĭda Lucida Pieria tendis in aſtra via *Id. l.* 2. *de Pon.*
ĭgnĕa ——ignea pontum—Aſtra petent *Luc. l.* 1.
præsāga —præſagis quo nullus amicior aſtris *Stat. l.* 8.
lūcēntĭa —queritur parum lucentibus aſtris *Id. l.* 12.
nĭtĭda Digna deæ ſedes, nitidis nec ſordet ab aſtris *Id.* 1. *Syl.*
nīmbōſa —Iliacæ longe nimboſa ſororis *Id.* 3. *Syl.*
Aſtra fugate, precor
ārdēntĭa ——ardenter labefecit Syrius aſtro *Sil. lib.* 1.
pūra Puris lenitu admoventur aſtris *Mart. l.* 1.
EPITH. RECENT. rŭtĭla, flāgrāntĭa, pūlchra, mĭcāntĭa, rōrāntĭa, cōnſpĭcŭa, cāndēntĭa, ērrāntĭa, ſplēndĭda, ſūblīmĭa, lūcĭfĕra, rădĭōſa, Empўrĕa, æthĕrĕa, clāra, trĕmŭla.

ASTRÆA,
Jovis et Themidis filia, ob æquitatem Juſtitia dicta.

ūlt. cælēſt. Ultima cæleſtum terras Aſtræa reliquit,
EPITH. RECENT. ēxul, dīvĭna, mĭsĕra, prŏfŭgāta, ēxtĭncta, æqua, sāncta, cælēſtis.

ASTROLOGUS.

bēllus Bellus grammaticus, bellus et aſtrologus *Martial.*
EPITH. RECENT. præsāgus, fātĭdĭcus, dŭbĭus, mēndax, nēſcĭus, præſcĭus, āttēntus, vĭgil, vĭgĭlāns, vērax, săgax, pĕrĭtus, ancēps, īnsŏmnis.

ASTRUM.—*Vid.* ASTRA.

ASTUTIA, *ſeu* ASTUS.—*Vid.* DOLUS.
EPITH. RECENT. vīrsūta, fallax, cāllĭda, dŏlōſa, pērfĭda, ĭniqŭa, lātēns, tăcĭta, sūbdŏla, īnsĭdĭōſa, Attĭca, sōlers, săgax.

ASTYANAX,
Hectoris et Andromachæ filius.

pārvus —parvumque manu Aſtyanacta trahebat *Vir.* 2. *Æn.*
Hĕctŏrĕus Hectoreus patria vidit ab urbe puer *Ov. in Ibin.*

ASTYDAMIA, *Ormeni filia.*

Orměnis Nec referam partus Ormeni nympha tuos *Ovid.*

ASYLUM.

ĭnfāme ——ab infami gentem deducis asylo *Juv. Sat.* 8.
tūtum Quo velut ad tutum confugerat hostis asylum *Catul.*
EPITH. RECENT. sacrum, sĕcūrum, ōptābĭle, fēlix, quæsītum, trānquillum.

ATALANTA,

Jasii Arcadiæ regis filia, quæ prior Calidoneum aprum percussit.

Nōnācrĭa —sume mei spolium Nonacria juris *Ov. l.* 8. *Met.*
Mænălĭa Arsit et Ænides in Mænalia Atalanta *Id. in Ep.*
fŭgax Talia Mimalion Atălantæ crura fugacis *Id. l.* 3.
Nōnācrina Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta *Id.* 2. *de Ar.*
Iāsis Sævitiam duræ contudit Iasidos *Prop. l.* 1.
EPITH. RECENT. Călĭdōnĭa, Mĕlĭāgrĭa, Abāntĭas.

ATALANTA,

Schænei filia, quam Hippomanes cursu vicit.

Schænēis Ut tulit Hippomanes Schæneida præmia cursus *Ov. in Ep.*
EPITH. RECENT. cĭta, vēlox, pērnix, &c.

ATAVUS.—*Vid.* AVUS.

ATAX,

Fluvius in mare Tyrrhenum defluens.

mītis Mitis Atax Latias guadet non ferre carinas *Luc. l.* 1.

ATHAMAS,

Thebarum rex, qui, pro leone, occidit filium Learchum.

ĭnfēlix ——cui sumpserit arcus——Infelix Athamas *Stat.* 1. *Th.*
tōrvus Torvus adhuc Athamas insanos flecteret arcus *Id.* 2. *Syl.*
EPITH. RECENT. crŭēntus, mĭser, īnsānus, fĕrox, fŭrens.

ATHENÆ,

totius Græciæ civitas clarissima, a Cecrope condita.

Cēcrŏpĭæ —Cecropiæ variis spectantur Athenæ Carminibus—— *Vir. in Æt.*
Erĕchthæ Qualis Erechthæis olim portatur Athenis *Id.*
bŏnæ Adjecêre bonæ paulo plus artis Athenæ *Hor. l.* 2. *Ep.*
clāræ —patriæ est clara mihi, dicit, Athenæ *Ov.* 5. *Met.*
Pāllădĭæ Palladiasque in eo non agnoscendus Athenas *Id.* 7. *Met.*
Pāndĭŏnĭæ Quid Pandioniæ restant nisi nomen Athænæ *Id. l.* 15.
Mōpsŭpĭæ Reddita Mopsopia Tyndaris urbe soror *Id. in Ep.*
dŏctæ Atque aliquis doctas jam nunc eat, inquit, Athenas *Id. in Ep.*

Atticæ

Attĭcæ — Quod idem Atticis Athenis, Cereris et Triptolemi fertur minister— *Col. l. 7.*

fērtĭlis — Quæ Tritonidæ fertiles Athenas *Stat. 2. Syl.*

vĕtĕres — ——fama veteres laudantur Athenæ *Luc. l. 5.*

sūblimes — Sic malè sublimes fregit Spartanus Athenas *Claud.*

EPITH. RECENT. Actææ, illūstres, Grājæ, cĕlebres, āntīquæ, flōrentes, Thēsēæ.

ATHENIENSES.

EPITH. RECENT. Cēcrŏpĭdæ, Thēsēĭdæ, Erēcththæ, Cēcrōpĕi, Attĭci.

ATHESIS,

Italiæ fluvius, in mare Adriaticum cadens.

ămœnus — Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum *Vir. l. 9.*

vēlox — ——et velox Athesis, tarduſque meatu *Claud.*
Mincius——

frĕmens — ————quæcunque frementem *Id.*
Permulcent Athesim——

EPITH. RECENT. cærŭlus, līmpĭdus, vītrĕus, crŭēntus.

ATHLETA.

EPITH. RECENT. lævis, gymnĭcus, întrĕpĭdus, nērvōsus, ūnctus, audax, rōbūstus, sævus, immĭtis, hōrrēndus, crūēntus.

ATHOS,

Mons altus Macedoniam inter et Thraciam.

vēlĭfĭcātus — ——creditur olim—Velificatus Athos *Juv. Sat. 10.*

Æmŏnĭus — Æmonius illas contudit peſtis Athos *Seneca.*

prærūptus — Te præruptus Athos, te fera Caſpia *Id.*

vāſtus — Nil Rhodope, nil vaſtus Athos, nil profuit Hæmus *Claud.*

glăcĭālis — ——hunc armat glacialis Athos *Idem.*

EPITH. RECENT. sălĕbrōsus, māgnus, ēxcelſus, sūblīmis.

ATINA, *Campaniæ urbs.*

pŏtens — Tela novant Atina potens, Tyburque ſuperbum *Vir. l. 7.*

prīſca — Quo cive priſca gloriatur Atina *Martial.*

ATLANTIDES, *ſeu* PLEIADES,
Atlantis et Pleiones filiæ.

Eōæ — Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur *Vir. l. 1. Geo.*

văgāntes — Paſſim vagantes exſerunt Atlantides *Seneca.*

EPITH. RECENT. īmbrīfĕræ, Dĭōnææ.

ATLAS,

Mauritaniæ rex, Aſtronomiæ peritiſſimus, unde poetæ fingunt illum in montem ſui nominis converſum, et cœlum humeris geſtantem.

dūrus	——et latera ardua cernit—Atlantis duri	*Vir. l.* 4. *Æn.*
cælĭfer	——————ubi cælifer Atlas	*Id. l.* 6.
	Axem humĕro torquet———	
gĕlĭdus	Narrat Abantiades gelido ſub Atlante jacentem	*Ov. l.* 4. *Met.*
vălĭdus	——validique humeris inſiſtere Atlantis	*Id. l.* 5.
ārdŭus	——procul arduus Atlas—Horruit	*St. l.* 1. *Th.*
āſtrĭfer	Aſtriferumque domos Atlanta ſupernos Ferre laborentem	*Id. l.* 8.
sūblīmis	—qui ſcit, quantum ſublimior Atlas	*Juv. Sat.* 11.
fĕrrĕus	—ſtat ferreus Atlas	*Val. Flac.* 5.
Maūrūsĭus	Europæ, Libyæque hoſtes Mauruſius Atlas	*Claud.*
	EPITH. RECENT. Pœnus, lōngævus, pīnĭfer, Lўbĭcus, prŭīnōſus, ōccĭdŭus, nūbĭfer, ſtēllĭfer, nĕmŏrōſus, ſcătens, fœcūndus, bārbărus, māgnus, Maūrus.	

ATOMUS.

EPITH. RECENT. sūbtĭlis, vŏlĭtāns, pārva.

ATREUS,

Pelopis et Hippodamiæ filius, fuit rex Mycenarum, et pater Agamemnonis et Menelai.

Tāntălĭdes	Tantalides fratres abſint, et Jaſonis uxor	*Ov. l.* 2. *Faſt.*
crūdus	Non tibi Theromedon, cruduſque rogabitur Atreus	*Id. l.* 1. *de Pon.*
Pĕlŏpēĭus	Quid quod avus idem nobis Pelopeius Atreus ?	*Ov. in Ep.*
fĕrus, &c.	Ferus ille et acer, nec potens mentis truculentus Atreus	*Seneca.*
fŭrens	Quò poſtquam furens intravit Atreus	*Id.*
dīrus	Sic dirus Atreus capita devota impiæ ſpeculatur viæ	*Id.*
	EPITH. RECENT. nĕfārĭus, bārbărus, īmmānis, trŭcŭlēntus, pērfĭdus, sānguĭnĕus, sūbdŏlus, īnsĭdĭōſus, crŭēntus, crūdēlis.	

ATRIA.

văcŭa	Porticibus longis fugit, et vacua atria luſtrat	*Vir. Æn.* 2.
cērāta	Vidimus ornatos cerata per atria picta	*Ov. l.* 6. *Faſt.*
ālta	Facienda ſunt veſtibula regalia, alta atria	*Vitruv.*
	EPITH. RECENT. āmpla, pūlchra, ſpătĭōſa, lāta, fūlgĭda, sūblīmĭa, māgnĭfĭca, ærāta, mārmŏrĕa, ĕxĭmĭa, præclāra, nĭtēntĭa.	

ATRIDÆ,
Atrei filii, Agamemnon et Menelaus.

gĕmĭni — Et gemini Atridæ Dolopumque exercitus omnis — *Virg.*

tŭmĭdis — Quod plaga Grajugenum tumidis conjurat Atridis — *Stat. in Ach.*

EPITH. RECENT. māgnănĭmi, gĕnĕrōsi, clāri, fōrtes, grāves.

ATROPOS,
Parcarum una, Erebi et Noctis filia.

fĕrrĕa — ——hos ferrea neverat annos—Atropos — *St. l. 4. Th.*

dūra — O utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos — *Id. l. 5.*

EPITH. RECENT. fūnēsta, ĭmmūtābĭlis, crūdēlis, ĭmmītis, ĭnēxōrābĭlis.

ATTALUS, *Pergami Rex ditissimus.*

EPITH. RECENT. Pĕrgămĕus, dīves, pŏtēns.

ATTILA, *Hunnorum rex.*

EPITH. RECENT. dīrus, sævus, fĕrus, ĭmpĭus, sacrĭlegus.

ATYS,
Puer Phrygius, filius Sangarii a Cybele deamatus.

Cўbĕlēĭus — —————— Cybeleius Atys — *Ov. l. 10.*

Exuit hac hominem, truncoque induruit illo

tĕner — Tenerumque vidit Atym prope marmora Pelagi — *Catul.*

Bĕrĕcĭnth. — Claudere sic didicit versum Berecinthius Atys — *Persius.*

Phrўx — Sic Phryga terrificis genetrix Idea cruentum Elicit ex adytis — *St. l. 10.*

EPITH. RECENT. sēmĭvir, pūlcher, vĕnŭstus, cāndĭdus, dĕcōrus, rōsĕus, cāndĭdus, lăctĕus.

AVARITIA.

cŭpĭda — Cupidæ dicet avaritiæ — *Mart.*

prŏfŭnda — ——quorumque profunda—Traxit avaritia — *Claud.*

crŭĕnta — ——vis nulla cruentam—Castrat avaritiam — *Id.*

EPITH. RECENT. æris, hĭāns, fūrēns, sōllĭcĭta, trīstis, răbĭda, tūrpis, fœda, vīlis, ĭnēxplēta, ĭnsōmnĭs, cœca, vĭgil, pārca, răpāx, ĭndigna, ĕgēna, mălĕsāna, tābĭda.

AVARUS.

cunctans — Cunctantes vorat ignis, et undique torret avaros — *Vir. in Æt.*

pāuper — —— et congesto pauper in auro — *Seneca.*

vĭgil — Et vigil elapsas quærit opes — *Claud.*

EPITH. RECENT. mēndĭcus, sōrdĭdus, ĭnsătĭābĭlis, cŭpĭdus, ĭnfēlix, ĕgēnus, trīstis, ĭnēxplētus, tūrpis, mĭsĕrāndus, pāllĭdus, ārdēns.

AUCEPS.

cāllĭdus	——laqueis quos callidus abdidit auceps	*Ov. l.* 11.
	EPITH. RECENT. vĕrsūtus, pēllāx, īnsĭdĭōsus, fāllāx, āstūtus, sōlers, dŏlōsus, ābdĭtus, ĭmpĭger, fŭbdŏlus, īnsōmnis, &c.	

AUCUPIUM.

plūmōsum	Faunus plumoso sum deus aucupio	*Prop. l.* 4.
	EPITH. RECENT. sūbtīle, dŏlōsum, fāllāx, āstūtum.	

AUDACIA.

pērdĭta	Ingenium velox, audacia perdita, &c.	*Juv. Sat.* 3.
præceps	Et timor et cœco præceps audacia vultu	*Claud.*
pĕtŭlāns	Nulla meos traxit petulans audacia sensus	*Id.*
	EPITH. RECENT. præsēns, vălĭda, pūgnāx, tĕmĕrārĭa, īnsāna, dēmēns, tĕrrĭbĭlis, fortis, fūrēns, fĕra, īnsŏlēns, īncautа, fĕrōx, Mārtĭa, bēllĭca, cœca, fīdēns, ārdēns.	

ABELLA, *seu* AVELLA, *Campaniæ urbs.*

mālĭfĕra	Et qui maliferæ despectant mœnia Avellæ	*Virg.*

AVENA.

tĕnŭis	Sylvestrem tenui musam meditaris avena	*Vir. in Buc.*
stĕrĭles	Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ	*Id.*
vāna	Expectata seges vanis elusit avenis	*Id. l.* 1. *Geo.*
lĕvis	Et levis obscesso stabat avena solo	*Ov. l.* 4. *Fast.*
pēllūcens	Sed pellucenti cantus meditabat avena	*Tib. l.* 3.
	EPITH. RECENT. tĕres, grăcĭlis, dŏcĭlis, ārgūta, ūda, rĕsŏnāns, āltīsŏna, īnĕrs, bĭbŭla, ĕxĭlis, ĕxĭgŭa, Phœbēa, rūstĭca, sylvēstris.	

AVERNUS,

Campaniæ lacus, ubi introitus ad inferos fuisse dicitur.

grăvĕŏlēns	Inde ubi venêre ad fauces graveolentes Averni	*Vir.* 6. *Æn.*
lūgēns	Nos te lugenti puer inficiamur Averno	*Luc. l.* 7.
sĭlēns	Naturamque ducem, cætusque silentis Averni	*Id. l.* 12.
pāllēns	Nil cantus, nil fila deis pallentis Averni	*Id. l.* 5. *Syl.*
pĭger	Si chelyn Othryiam pigro transmisit Averno	*Id. ibid.*
īmmītis	Latius immiti quem jam deus ales Averno Reddiderat——	*Id.* 4. *Th.*
Tārtărĕus	Nunc quoque Tartareo multum divisus Averno	*St. l.* 5. *Th.*
nĭger	——et nigri pater indignatur Averni	*Id.*
trīstis	Percussa fide vel pelagi vel tristis Averni	*Sil. l.* 11.
văcŭus	——frustra vacui scrutaris Averni Chare vias——	*Val. Flac.* 2.
pāllĭdus	Pallidi fauces Averni, vosque Tartarei lucus	*Sen.*
pēstĭfer	Tunc et pestiferi pacatum limen Averni	*Claud.*
fĕrus	Quam ferus ipſe ſuo periit mactatus in antro Proditus incluſæ Cacus ab ore bovis	*Ov. in Ibin.*
fĕrox	Paſtor, accola ejus loci, nomine Cacus ferox viribus	*Livius.*
	EPITH. RECENT. răpāx, ĭmmānis, răptor, vĭgil, caūtus, cāllĭdus.	

CADAVER.

ĭnfōrme	—pedibuſque informe cadaver—Protrahitur	*Vir. l. 8.*
tūrpe	Ultores rapiant turpe cadaver equi	*Ov. in Ibin.*
tētrum	In nares hominum cum tetra cadavera torrent	*Lucr. l. 2.*
răncēns	Unde cadavere rancenti jam vivere vermes	*Id. l. 3.*
răncĭdum	Rancida quo perſtent projecta cadavera ritu	*Id. l. 6.*
mœſtum	Scire dedit mœſtum fletu manante cadaver	*Luc. 6.*
dēfōrme	Deforme alitibus liquêre cadaver Iberis	*Sil. l. 2.*
	EPITH. RECENT. ĕxănĭmum, rŏgāle, cĭnĕrōſum, putrĭdum, mĭsĕrāndum, fœdum, gĕlĭdum, crŭēntum, putre, frīgens, fūnēſtum, flēbĭle, pāllĭdum, pāllens, hōrrēndum, ĕxangue.	

CADMUS,

Agenoris filius, regis Tyri in Phœnicia. Thebarum conditor fuit, cum Sororem a Jove raptam in Bœotia quæreret.

Sīdōnĭus	Hos habuit comites Sidonius	*Ov. 3. Met.*
ĕxsul	Cadmus in Aonia conſtitit exſul humo	*Id. 1. Faſt.*
vĕtus	—— fœ nec veteris cum regia Cadmi	*Stat. 3. Th.*

dirus

dīrus	Aoniam et dīri ſatiari novalia Cadmī	*Id. 3. Th.*
trūx	——populumque trucis deſigere Cadmī	*Id. l. 10.*
Aŏnĭus	Crebrior, Aonii quam cum de ſanguine Cadmi	*Id. lib. 12.*
	Nuda venit	
	EPITH. RECENT. Thēbānus, prŏfŭgus, Hȳāntĭus, aūdāx, gĕnĕrōſus, bēllāx, clārus, īnsignis, īmpăvĭdus, pŏtēns, Mārtĭus.	

CADUCEUS, *vel* CADUCEUM.

EPITH. RECENT. pācĭfĭcus, pācĭfĕr, fælīx, faūſtus.

CADURCUM.

nĭvĕum	——————niveique cadurci	*Juv.*

CADUS.

pĭcātus	Eſt et vappa cado nuper diffuſa picato	*Virg.*
Chĭus	Quo Chium pretio cadum mercemur	*Hor. 3. Car.*
frăgĭlis	Fragiliſque cadi curvique lebetis	*Ov. l. 12.*
nĭvĕus	Et data ſub niveo condita mella cado	*Id. 1. Faſt.*
nĭger	Egerit et nigros Maſſica cella cados	*Mart. l. 1.*
rŭbēns	Vena rubens fundit non peregrina cadus	*Mart. ib.*
tōrtus	Nos bibimus torti pulla venena cadi	*Id. l. 9.*
vĕtŭlus	Exigua vetulos miſit ab urbe cados	*Id. l. 13.*
Fălērnus	——cado undantem cratera Falerno—Elevat	*Claud.*
	EPITH. RECENT. īlignis, ſpūmāns, fūmōſus.	

CÆDES.

ſæva	Terribilis ſævam nullo diſcrimine cædem	*Vir. l. 11.*
	Suſcitat———————	
īmpĭa	O quiſquis volet impias	*Hor. l. 3.*
	Cædes et rabiem tollere civicam	
dīra	Exilium dira pœnam pro cæde licebat	*Ov. 2. Met.*
fŭrĭālis	Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis	*Id. l. 6.*
ācris	—ſed enim irrevocatus ab acri—Cæde lupus	*Id. l. 11.*
sānguĭnĕa	Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ovantem	*Id. l. 13.*
fĕ a	Plena feræ cædis, plena cruoris erant	*Id. 4. Triſt.*
atrox	Atrox cædes poſt ſedatum prælium fuit	*Livius.*
crūēnta	Marius cruenta cæde et hoſtili expia	*Seneca.*
fūnēſta	Maculate ſuperos cæde funeſta deos	*Id.*
ēffĕra	Placare quem non potuit et cæde effera	*Id.*
ăcērba	Primitias egomet lachrymarum et cædis acerbæ	*St. 6. Th.*
dūra	Sola Apennini reſidens in vertice, duras	*Sil. l. 5.*
	Expectat cædes———————	
mĭsĕrānda	Brutius ingenti miſerandæ cædis acervo	*Id. l. 6.*
fĕrālis	——removet feralis Allia cædes	*Claud.*
lēthĭfĕra	Qualis lethifera populatus cæde Gelonus	*Id.*
	EPITH. RECENT. păllĭda, vĭŏlēnta, īmprōba. īnsāna, hōrrĭfĭca, mĭsĕra, īnfānda, rŭbēns, crūda, hōrrĭda, tūrpis, pūrpūrĕa.	

CÆLATOR.

cūrvus	Sit mihi præterea curvus cælator	*Juv. l. 9.*

CÆLUM.

Pŏlўclētæ.	Aut Polycletæum juſſum eſt quod vivere cælum	*St. 2. Syl.*
lăbōrĭfĕrum	Laboriferi vivant quæ marmora cæli	*Id. l. 4.*
Phīdĭăcum	Donet Phidiaci toreuma cæli	*Id. ib.*
	EPITH. RECENT. mōrdāx, dūrum, ăcūtum, fĕrrĕum, Mēntŏrĕum.	

CÆPE, *ſeu* CÆPA.

rŭbēns	Cæpa rubens, ſectique famem domat area porri	*Virg. in Mor.*
tŭnĭcātum	——tunicatum cum ſale mordens——Cæpe	*Perſ. Sat. 4.*
lăchrўmōſa	Atque oleris pulli radix, lachrymoſaque cæpa	*Colum.*
Aſcălōnĭa	Aſcaloniam cæpam eligito, &c.	*Id.*
	EPITH. RECENT. sōrdĭda, mœſta, acris.	

CÆSAR, *Juliorum cognomen*;
Sed hoc nomine præcipuè intelligitur Julius Cæſar.

Trōjānus	Naſcitur pulchra Trojanus origine Cæſar	*Vir. 1. Æn.*
ēgrĕgĭus	Laudes egregii Cæſaris, et tuas	*Hor. 1. Car.*
ācer	Acer et indomitus, quo ſpes quoque ira vocaſſet	*Luc. l. 1.*
crŭēntus	Super Æmathiæ campos, et ſigna cruenti Cæſaris——	*Id. l. 9.*
Hēſpĕrĭus	——nec nos deterreat auſis Heſperii fortuna ducis	*Id. l. 10.*
Lătĭus	Dum parat in vacuas Martem transferre carinas Dux Latius——	*Id.*
ĭnvĭctus	Ille ut invicti rapidum ſecutus Cæſaris fulmen	*St. 4. Syl.*
fĕrōx	Poſtquam jura ferox in ſe communia Cæſar Tranſtulit——	*Claud.*
	EPITH. RECENT. māgnănĭmus, Tārpēĭus, ārmĭsŏnus, sŭpērbus, Rōmānus, māgnus.	

CÆSARIES.

nĭtĭda	Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla	*Vir. 4. Geo.*
Bĕrĕnĭcæa	Et Berenicæam vertice Cæſariem	*Catul.*
flāva	Cærula quis ſtupuit Germani lumina flavam Cæſariem	*Juv. Sat. 13.*
ĭntōnſa	——dubiam lanuginis umbram Cæſaries inonſa tegit	*Claud.*
	EPITH. RECENT. rŭfŭla, pēndŭla, rădĭāns flŭĭdāns, cāndĭda, aurĕa, gĕnĭālis, flāvĭcŏma, pūlchra, dĕcōra.	

CÆSTUS.

crūdus	Curſibus et crudo decertet Græcia cæſtu	*Vir. 3. Geo.*
vălĭdus	——valido quamvis decernere cæſtu—Horruit	*Claud.*
	EPITH. RECENT. dūrus, grăvĭdus, ærĭsŏnus, pīctus, ĭngēns, ĭmmānis, lēthĭfĕr, crŭēntus, plūmbĕus.	

CAIETA, *Æneæ nutrix.*

Æněĭa ——————————Æneia nutrix *Vir. l. 7.*
Eternam moriens famam, Caïeta, dediſti
Dārdănis Non blanda Circe, non Dardanis nutrix *Mart. l. 10.*

CALABRIA, *Italiæ pars.*

æſtŭōſa Non æſtuoſæ grata Calabriæ *Hor. 1. Car.*

CALAMITAS.—*Vid.* MALUM.

CALAMUS.

ăgrēſtis Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti *Vir. in Buc.*
pălūſter Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres *Ov. 1. Met.*
lĕvis Nec Gortineaco calamus levis exit ab arcu *Id. l. 7.*
EPITH. RECENT. Nīlōtĭcus, mōllis, grăcĭlis, lŏquāx, tĕnŭis, ārgūtus, frăgĭlis, sŏnōrus, cănōrus, ārgūtus.

CALATHUS.

rāsĭlis Raſilibus calathis impoſuiſſe manum *Ov. in Ep.*
vĭrgātus Vellera virgati cuſtodiebant calathiſci *Catul.*
EPITH. RECENT. vīmĭnĕus, căpāx, tēxtĭlis, ĭnērs, ĕbūrnus, cŏlūrnus, fœmĭnĕus, flōrĭgĕr, frāgrāns, rĕdŏlēns, pŏtēns, nēxus, ĕbūrnus.

CALCAR.

ſævum Et ſævis calcaribus urgent *St. lib. 1.*
EPITH. RECENT. ăcūtum, pūngēns, ĭmpōrtūnum, ādmōtum, ærātum.

CALCEUS.

Sўcĭōnĭus Ut ſi mihi calceos Sycionios attuliſſes, non uterer *Cic. 1. de Ar.*
EPITH. RECENT. āptus, ūtĭlis, hăbĭlis, lĕvis.

CALCHAS.—*Vid.* AUGUR.

Theſtoris filius, vates qui conſilia Græcis adverſus Trojanos dabat.

vātes Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu *Vir. 2. Æn.*
Protrahit in medios
prōvĭdus ——————at vere providus augur *Ov. l. 12.*
Theſtorides, vincemus, ait
aūgur Augur hæc Calchas canit *Senecâ.*
Thēſtŏrĭdes Intrantemque deum primo pallore fatetur *Stat. in Ach.*
Theſtorides——————
vērus Et verum Calchanta precantur *Id.*

CALIGA.

EPITH. RECENT. Mārtĭa, dūra.

CALIGO.

pĭcĕa Ad cælum picea craſſus caligine nubem *Vir. 2. Geo.*
ōbſcūra Illinc obſcura ſemper caligine nubes *Id. in Ætna.*
cœca Tres adeo incertos cœca caligine ſoles *Id. 3. Æn.*

atra — Quis globus, ô cives, caligine volvitur atra — *Id. l.* 9.
spissa — Principio cælum spissa caligine terras Pressit———— — *Ov.* 2. *Met.*
ŏpāca — Arduus, obscurus, caligine densus opaca — *Id. l.* 10.
crāssa — ——et crassa volvit caligine fumum — *Lucr.* 6.
tērrĭbĭlis — Mox ubi terribili terras caligine texit — *Id.*
nīgrāns — Nigranti piceus sensim caligine vertex — *Sil. l.* 4.

EPITH. RECENT. nūbĭla, văpōrōsa, nūbĭlōsa, fūrva, fūmōsa, tĕnebrōsa, gĕlĭda, tetra, sōmnĭfĕra, Stygĭa, ŏpāca, hōrrens, squāllĭda, nōctūrna, tristis, lūrĭda.

CALISTO,

Filia Lycaonis, regis Arcadiæ, quam Jupiter adamavit; in ursum mutata fingitur. — *Odio Junonis*

Nōnācrīna — Dum redit, itque frequens in virgine Nonocrina————Hæsit — *Ov.* 2. *Met.*
Lȳcāŏnĭa — Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis — *Id.*
Tēgēæa — Hic, ait, in sylva virgo Tegeæa lavemur — *Id.* 2. *Tr.*
Pārrhăsĭa — Parrhasiæ gelido virginis axe premor — *Id.* 2. *Fast.*

EPITH. RECENT. pūlchra, vĕnūsta, fōrmōsa.

CALLIDITAS.——*Vid.* DOLUS.

EPITH. RECENT. prŏtĕrva, vĕrsūta, āstūta, fāllāx, caūta.

CALLIOPE, *musarum una.*—*Vid.* MUSÆ.

CALLIS.—*Vid.* VIA, ITER.

sēcrētus — Secreti celant calles, et myrtea circum — *Vir.* 6. *Æn.*

EPITH. RECENT. āngūstus, ōccūltus, hērbōsus, ārctus, āmbĭgŭus.

CALLUS.

EPITH. RECENT. rigĭdus, dūrus, āspĕr, vĕtus, āntīquus.

CALIX.

fœcūndus — Fœcundi calices quem non fecêre disertum — *Hor.* 1. *Ep.*
aūrātus — Spumet et aurato mollius in calice — *Prop.* 2.
pērspĭcŭus — Prodat perspicuus ne duo vena calix — *Mart. l.* 4.
plēbēius — Plebeios calices, et paucis assibus emptos — *Juv.* 11. *Sat.*

EPITH. RECENT. gēmmātus, āmplus, cāvus, vēntrōsus, aūrĕus, ārgēntĕus, lūcĭdus, chrȳstālĭnus.

CALLIDITAS.

EPITH. RECENT. prŏtĕrva, vĕrsūta, āstūta, fāllāx, caūta, frāudūlēnta.

CALLIMACHUS, *poeta Cyræneus.*

Clārĭus — Nec tantum Clario Lydo est dilecta poetæ — *Ov.* 2. *Trist.*

EPITH. RECENT. dōctus, pĕrītus, sōlers, cūltus, făcūndus.

CALOR.

fĕrvĭdus — Si neque fervidis——Pars incluſa caloribus — *Hor. 3. Car.*
ārĭdus — Urere ne poſſit calor amplius aridus artus — *Lucr. l. 4.*
EPITH. RECENT. æſtīvus, fĕrvēns, ūrēns, tōrrēns, ārdēns, Ætnæus, vītālis, vīvĭfĭcus, flāmmāns, vălĭdus, ĭnērs, īgnāvus, sēgnis, pĭger, lēthĭfĕr, Phæbæus, sōlāris, īgnĕus, flāmmĕus, ănhēlus.

CALPE.—*Vid.* ABYLA.

Una eſt ex Herculis columnis, e regione Abylæ, quæ eſt in Africa.

Hĕrcŭlĭa — ——cum ſævior æthere Calpen — *Sil. l. 8.*
Herculiam fecit
Ibēra — Aut Maurum premens Ibera Calpe littus — *Seneca.*
EPITH. RECENT. Tārtĭſĭa, Hēſpĕrĭa, Māurūſĭa, ōccĭdŭa, ēxcēlſa, ārdŭa.

CALTHA.

flŭtĕŏla — Mollia luteola pingit vaccinia caltha — *Vir. in Buc.*
EPITH. RECENT. flāmmĕŏla, flōrēns, ūſta, rŭbēns, pūlchra, vĕnūſta, ŏdōra.

CALUMNIA.—*Vid.* CONVICIUM.

EPITH. RECENT. ĭnīqua, nōxĭa, tūrpis, fœda, nĕfārĭa.

CALVITIES, *vel* CALVITIUM.

EPITH. RECENT. nūda, hŏnōrāta, lēvis.

CALX, *pro pedis parte.*

EPITH. RECENT. dūrus, văgus, ăgĭlis, *ſeu* f. g. dūra, fērrāta.

CALX, *pro cæmento.*

EPITH. RECENT. ūrēns, cāndĭda, fērvēns, tĕnāx, crāſſa, pĭnguis, ārdēns.

CALYDON,

Ætoliæ civitas, prope quam Meleager aprum vaſtiſſimum cum Atalanta interfecit.

pūlchra — Conjuguem optatum et pulchram Calydona — *Vir. 11. Æn.*
viderem
Mĕlĕāgræa — Et Meleagræam maculatus ſanguine Neſſi — *Luc. l. 6.*
Ætōla — Miſimus, Ætola de Calydone putes — *Mart. l. 9.*
mōnſtrĭfĕra — Monſtriferæ Calydonis opes, Acheloiaque arva — *Stat. 1. Th.*
EPITH. RECENT. īmpĭa, fĕra.

CALYPSO,

Oceani et Tethios filia in Ogygiæ inſula regnavit, ubi naufragum Ulyſſem hoſpitio excepit.

Atlāntĭas — Hic legimus Circen, Atlantiademque Calypſo — *Vir. in Pri.*
æquŏrĭa — An grave, ſex annis pulchram foviſſe Calypſo — *Ov. 4. de Po.*
Æquoreque fuit?

Atlāntis

Atlāntis — Non amor et fœcunda Atlantidos arva Calypſus — *Tibul.* 4.
EPITH. RECENT. fāmōſa, pūlchra.

CAMELUS.

EPITH. RECENT. hīrtus, dēfōrmis, īngēns, vēlox, cĭtus, cĕlĕr, ŏnĕrārĭus, hīrsūtus, vŏlŭcer.

CAMERA.

ĕbūrna — Nec camera auratas inter eburna trabes — *Prop.* 13.
EPITH. RECENT. pēndēns, rĕpānda, pĭcta, mārmŏrĕa, aūrāta, ſplēndĭda, mĭcāns, fūlgĭda, præclāra, cōnvēxa, mīrābĭlis, rŭtĭla, cŏrūſca.

CAMILLA,

Volſcorum regina, cervos curſu laſſare potuit; Orto inter Turnum et Æneam bello, priori adhæſit.

vīrgo — Et cum fratre Coras, et virginis ala Camillæ — *Vir. Æn.* 11.
EPITH. RECENT. fōrtis, Prīvērnĭa, Vōlſca, bēllātrix, ămāzon.

CAMILLUS,

Dux inclytus Romanus, aliter dictus Romulus.

māgnus — Crede mihi, magnos æquabunt iſta Camillos — *Prop.* 3.
Judicia———

āſsērtor — Qui loquitor Curios, aſſertoreſque Camillos — *Mart. l.* 1.
EPITH. RECENT. fōrtis, fĕrus, fātālis, tōrquātus, invĭctus.

CAMINUS.

fūmĭfer — ———Aponus terris ubi fumifer exit — *Luc. l.* 7.
ăvĭdus — ———jam falces avidis et aratra caminis — *St. 3. Th.*
fŭrēns — Qui furentes ſemper——Verſat caminos — *Seneca.*
ădēns — Incude aſſidua, ſemperque ardente camino — *Juv. Sat.* 14.
EPITH. RECENT. călĭdus, tērrĭfĭcus, hōrrĭſŏnus, flāmmĭfĕr, rūtĭlus, īgnītus, flāgrāns, ignĭvŏmus, lāmbēns, ănhēlāns, fūmāus.

CAMŒNÆ.——*Vid.* MUSÆ.

dūlces — Vena fere dulces oluerunt mane Camœnæ — *Hor.* 1. *Ep.*
Aŏnĭæ — Talibus Aoniæ facunda voce Camœnæ — *Ov.* 4. *Fast.*

CAMPANA.

EPITH. RECENT. sŏnāns, clāngēns, rĕsŏnāns, rĕsŏna, raūca.

CAMPANIA.

dīvesŏpum — Si vero quos dives opum, quos dives avorum Campania — *Sil. l.* 8.
prōvĭda — Provida Pompeio dederat Campania ſibi es — *Juv. Sat.* 10.
EPITH. RECENT. fĕrtilis, fœcūnda.

CAMPUS.

fĕrtĭlis	Quique frequens herbis, et fertilis ubere campus	*Vir. 2. Geo.*
pătens	Ergo ubi ver nactæ ſudum, campoſque patentes	*Id. 4. Geo.*
āprīcus	Gaudet equis, canibuſque et aprici gramine campi	*Hor. in Art.*
hērbōſus	Ludit herboſo pecus omne campo	*Id. 3. Car.*
grāmĭnĕus	Altera gramineo ſpectabit equilia campo	*Ov. 3. Faſt.*
fēlix	Chloris eram nymphæ campi felicis	*Ov. 5. Faſt.*
ăpērtus	Nec frondes ſylvis, nec aperto gramina campo	*Id. 5. Triſt.*
rĭgĭdus	Seu me fingit equum rigidos percurrere campos	*Tibul. l. 4.*
jăcēns	Urebant montana nives, campoſque jacentes	*Luc. l. 4.*
frōndēns	Ungula frondentem decuſſit cornea campum	*Luc. l. 6.*
plānus	Conſpicit in planos hoſtem deſcendere campos	*Id. l. 6.*
lātus	Obit latis projecta cadavera campis	*Id. l. 6.*
vĭrēns	Frondeferaſque domos avium, campoſque virentes	*Lucr. l. 1.*
pīnguis	Non pinguis Aſiæ campi, colleſque morantur	*Stat. 1. Epiſt.*
vĭrĭdis	Virides gravis ungula campos mutat	*Stat. 12.*
păt̆ŭlus	Et ſtagnante vado patulos involvere campos	*Sil. l. 6.*
ārēnōſus	Lentus arenoſo ſpumabat Bragrada campo	*Id.*
ūdus	——interiorque per udos—Alba ſedet campos	*Id. l. 8.*
ūbĕr	Qui uberem campum in ſingula jugera tritici obſerere præcipiunt	*Colum.*
ūlīgĭnōſus	Igitur uliginoſi campi proſcindi debent	*Id.*
lœtus, &c.	Jam lœtis et herbidis campis	*Id.*
	EPITH. RECENT. lăpĭdĕus, pălūſter, hūmĭdus, flōrēns, pălūdōſus, ămœnus, pūlvĕrŭlus, ăquōſus, frūgĭfĕr, vĭrĭfĕr, ŏpīmus, hālāns, flōrĭgĕr, dūlcis, pīnguis, vērnāns, fĕrax, lūtĕus, ăpērtus.	

CANALIS.

īlĭgnus	Currentem ilignis potare canalibus undam	*Vir. 3. Geo.*
plūmbĕus	Aut aqua replentur, aut cibo plumbei canalis	*Colum.*
	EPITH. RECENT. ānguſtus, flĕxŭōſus, irrĭgŭus, păt̆ŭlus, cāvus, ŏccūltus, rĭgŭus, cūrvus, flexus, lōngus.	

CANCELLI.

EPITH. RECENT. tĕnŭes, rāri, cōnſpĭcŭi, pătēntes.

CANCER, *ſignum cœleſte.*

călēns	Zethus et Amphion, cancrique figura calentis	*Vir. de Sig.*
ădūſtus	Taurus, item gemini, ſequitur quos cancer aduſtus	*Id.*
cūrvāns	Scorpion atque aliter curvantem brachia cancrum	*Ov. 2. Met.*
tōrrēns	Nam quis ad exuſtam cancro torrente Syenen	*Luc. l. 8.*
călĭdus	————calidi tetigit quum brachia cancri	*Id. l. 10.*
ārdēns	Auſus in ardentem ripas attollere cancrum	*Id.*

Lūcanus

Lĕrnæus — Hauſerit et terris Lernæi brachia cancri — *Columm.*
æſtĭfĕr — Æſtifero Lybiæ torquetur ſubdita cancro — *Sil. l.* 1.
răpĭdus — —ſolet et rapidi ſub lumine cancri — *Stat. 4. Th.*
fĕrvēns — Si qua ferventi ſubjecta cancro — *Seneca.*

EPITH. RECENT. plŭvĭālis, cærŭlĕus, ārĭdus, vĭŏlēntus, sĭtĭēns, sĭccus, ūrēns, fĕrvĭdus, æſtīvus, ignītus, ĭnērs, flāgrāns.

CANCER, *piſcis.*

rŭbēns — Nive rubentes——Ure foco cancros — *Vir. 4. Geo.*
lĭttŏrĕus — Concava littorei fervebant brachia cancri — *Ov. l.* 10.
ŏctĭpes — Octipidis fruſtra quæruntur brachia cancri — *Id.* 1. *Faſt.*

EPITH. RECENT. tĕstūdĭnĕus, tārdĭgrădus, ŏbſcœnus, rŭbĭcūndus, mūltĭpes, tārdus, ignăvus.

CANCER, *morbus.*

ĭmmĕdĭcāb. — Utque malum late ſolet immedicabile cancer Serpere———— — *Ov.* 1. *Met.*

EPITH. RECENT. ĭnflāmmātus, mōrdāx, mŏlēſtus, ăcērbus, mōrtĭfĕr, lēthālis, crūdēlis, rōdēns, vŏrāx.

CANDELA.

EPITH. RECENT. clāra, trĕmŭla, rŭtĭlāns, ārdēns, lūcēns, cērĕa, pīnguis, mĭcāns, rādĭāns, flāmmĭvŏma.

CANDOR.

nĭvālĕs — Tendentes late campum candore nivali — *Vir.* 3. *Æn.*
nĭvĕus — Et in niveo miſtum candore ruborem — *Ov.* 3. *Met.*

EPITH. RECENT. ālbus, pūrus, cōnſpĭcŭus, ārgēntĕus, lăctĕus, ignĕus, vīrgĭnĕus, ĕbūrnĕus, ĭntĕmĕrātus, ăngĕlĭcus.

CANI.

hŏnōrāti — Inter honoratos medio de vertice canos — *Ov. l.* 8.
fōrdēntes — Ecce truces oculos fordentibus obſita canis — *Stat. l.* 7.
nĭvĕi — At mea jam nivei circumdant tempora cani — *Cor. Gal.*

EPITH. RECENT. mōrōſi, tūrpes, ālbi, gĕlĭdi.

CANITIES.

ĭncūlta — ——————quæ plurima mento Canities inculta jacet———— — *Vir.* 6. *Æn.*
mōrōſa — Donec virenti canities abeſt——Moroſa — *Hor. l.* 1. *Car.*
ārĭda — Arida pellente laſcivos amores canitie — *Hor.* 2. *Car.*
sōrdĭda — ——veteri ſtat ſordida tabo—Utraque canities — *Stat. l.* 11.
lūcida — —placidus Nereus et lucida Phorci—Canities — *Claud.*

EPITH. RECENT. sānĕta, prīſca, tūrpis, ālba, nĭvĕa, cāndēns, vĕnĕrānda, ſquālēns, ſquāllĭda, rāra, frīgĭda, prūdēns, hŏnōrāta, ānnōſa, săpiēns, ĭmplĕxa, ĭncūlta, lōngæva, prōlixa.

CANICULA.

flăgrāns	Te flagrantis atrox hora caniculæ	*Hor. 3. Car.*
Icărĭa	Et micet Icarii ſtella proterva canis	*Ov. 2. El.*
ĭnsāna	——ficcas inſana canicula meſſes	*Perſ. Sat. 3.*
	Jamdudum coquit	
dāmnōſa	Scire erat in voto, damnoſa canicula quantum Raderet——	*Id.*
	EPITH. RECENT. sĭcca, æſtīva, fĕrvĭda, ĭgnĭcŏmāns, sĭtĭbūnda, ĭgnĕa, æſtĭfĕra, pigra, mŏrbōſa, fŭrēns, ĭgnĭvŏma, fĕrvĭda, ācres, ĭgnīta, ārdēns, lēthālis, pĕrnĭcĭōſa, căděns, ūſta, tŏrrĭda, sēgnis.	

CANIS.

ōbſcœnus	Obſcœnique canes, importunæque volucres	*Vir. 1. Geo.*
Amўclæus	Armaque Amyclæumque canem, Creſſam-que——	*Id. 3. Geo.*
fĭdēlis	Seu viſa eſt catulis cerva fidelibus	*Hor. 1. Car.*
ācer	Quam canis acer ubi lateat ſus	*Id. in Ep.*
Mŏlōſſus	Simul domus alta Moloſſis	*Id. in Sat.*
	Perſonuit canibus——	
răbĭōſa	Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus	*Id. 2. Ep.*
Mænălĭus	Mænalius lepori det ſua terga canis	*Ov. 1. de Art.*
răbĭdus	Fulmineo rabidos dum rorat ore canes	*Id. 2. ib.*
dāmnōſus	Damnoſi, facito, ſtant tibi, ſepe canes	*Id. ib.*
cĕlĕr	Fulmineo celeres deſſepatque ore canes	*Id. 2. Faſt.*
vĭgil	——jam vigiles conticuêre canes	*Id. 4. ib.*
cĭtus	Sæpe citos egi per juga ſumma canes	*Id. in Ep.*
ăvĭdus	Et ſcindent avidi perfida corda canes	*Id. in Ibin.*
fĕrus	Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum	*Ov. l. 13.*
ĭnfēſtus	Quæ fugit infeſtos territa cerva canes	*Id. 2. de Pont.*
aūdāx	Cornua et audaces ipſi movêre canes	*Prop. 2.*
vōcālis	Nec mora, vocales occupat enſe canes	*Id. l. 4.*
ārmillātus	Atque armillatos, colla Moloſſa, canes	*Id. ib.*
lĕvĭsōmnus	Et leviſomna canum fido cum pectore corda	*Lucr.*
fĭdus	——fidoſque canes flevêre Moloſſi	*Stat. 2. Syl.*
	——medio linus intertextus acantho	*St. 6. Th.*
lēthĭfĕr	Lethiferique canis	
pĕrnix	Seu pernix cum denſa vagis latratibus implet	*Sil. l. 3.*
ŏdōrĭſĕq.	Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes	*Liv. And.*
	EPITH. RECENT. vēnātĭcus, ĭmmānis, fōrmidābĭlis, hōrrēndus, pāſtōrĭcus, vīllātĭcus, săgāx, ĭmmītis, atrox, hōrrĭſŏnus, lўmphātĭcus, aūrītus, vōcĭfĕr, hīrsūtus, raūcus, ŏdōrus, răpĭdus, mōrdāx, lātrātor, sēdŭlus, ātténtus, prŏpĕrus.	

CANIS, *aſtrum.*—*Vid.* CANICULA.

æſtĭfer	Hoc ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arva	*Vir. 2. Geo.*
	EPITH. RECENT. sĭtĭēns, flăgrāns.	

CANISTRUM.

plēnum — Pabulaque in foribus plenis caniſtris — *Vir. 4. Geo.*
pătŭlum — Prunaque et in patulis redolentia mala caniſtris — *Ov. l. 8.*
lātum — Stat puer, et manibus lata caniſtra tenet — *Id. 3. Faſt.*
pūrum — Donec opes feſtas, puris nunc corna caniſtris — *Sil. 7.*
Compoſuit————
EPITH. RECENT. grăvĭdum, vīmĭnĕum, văcŭum.

CANNA.

crāſſa — Nil præter ſalices, craſſaque canna fuit cannis — *Ov. 6. Faſt.*
trĕmŭla — Ara vetus ſtabat, tremulis circumdata — *Id. 7. Met.*
lōnga — Viminaque, et longæ parva ſub arundine cannæ — *Id. l. 8.*
pălūſtris — Sed ſterili junco, cannaque in texta paluſtri — *Luc. l. 1.*
ārgūta — Arguta revocans ad roſida paſcua canna — *Sil. l. 7.*
EPITH. RECENT. vĭrĭdis, lĕvis, ſtrīdŭla, pălūdĭgĕna.

CANNABIS.—*Vid.* MANTILE.

tōrta — ———— tibi torta cannabe fulto — *Perſ. Sat. 5.*
Cœna ſit in tranſtro

CANNÆ,
Apuliæ vicus ubi Romani ab Annibale victi ſunt.
EPITH. RECENT. cĕlebres, grăves, crŭentātæ, ſpūmantes, fĕrāles, īnſignes.

CANON.—*Vid.* NORMA, LEX.

CANOPUS,
Inde Nili oſtium, quod propinquum eſt, Canopicum vocatur.

Pēllæus — Nam quo Pellæi gens fortunata Canopi — *Vir. 4. Geo.*
incēſtus — Scilicet inceſti meretrix laſcava Canopi — *Proper.*
Pēlūſĭacus — Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi — *Luc. l. 5.*
Thĕrāpnæ. — Curva Therapnæi laſciviat ora Canopi — *Stat. 3. Syl.*
Amyclæus — Memphis Amyclæo paſſim laſciva Canopo — *Sil. l. 11.*
Lăcōnus — Barbara famoſo non credit turba Canopo — *Juv. Sat. 15.*
EPITH. RECENT. Phărĭus, Isĭăcus, Spartānus, Argivus, Lāgæus.

CANOR.—*Vid.* SONUS, CANTUS.

CANTHARUS.

dulcĭfer — Manu candida cantharum dulciferum propinare — *Plaut.*
EPITH. RECENT. lignĕus, făgĭnus, ſpūmāns, tūrgĭdus, grăvis.

CANTUS.

lentus — Et cantu tremulo pota cupidinem — *Hor. Car. 4.*
Lentum ſolicitas

Apōllĭnĕus

Apōllĭnĕus Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus *Ov. l.* 11.
Orphæus Cerberus Orphæo lenivit ſibila cantu *Luc. l.* 9.
Mæŏnĭus Quanquam acta viri, multum inclyta cantu *Stat. in Ach.*
Mæonio————
ārgūtus Argutos inter volucrum certamina cantus *Sil.* 4.
tĕnĕr Ipſa damom mulcens tenuo Proſerpena cantu *Claud.*
EPITH. RECENT. mĕlĭcus, rĕsŏnus, lœtus, dūlcis, āmbrŏsĭus, mēllĭflŭus, sŏnōrus, fēstīvus, cănōrus, dōctus, ămœnus, Pĭĕrĭus, lĕpĭdus, blāndĭsŏnus, cōncĭnnus, sŏnāns, ăcūtus, dūlcĭsŏnāns, sĕrēnus, āltĭsŏnus, hārmŏnĭcus, rūstĭcus.

CAPANEUS, *dux Græcorum.*

tĕmĕrārĭus Quum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu *Ov.* 4. *Triſt.*
Argŏlĭcus Conſtitit immanis cerni, immaneſque tueri *Stat.* 6. *Th.*
Argolicus Capaneus
māgnănĭm. —preſſitque dolorem—Magnanimus Capaneus *Id. l.* 6.
tūrbĭdus Turbidus aëria Capaneus occurrit in haſta *Id. l.* 7.
fĕrus —ferus Actora magno—Enſe gravat Capaneus *Id. l.* 10.

CAPELLA.——*Vid.* CAPRA.

CAPENA, *urbis Romæ porta.*

mădĭda Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam *Juv.* 3. *Sat.*

CAPER.

lĭbĭdĭnōſus Libidinoſus immolabitur caper *Hor.*
bĭcōrnis ——aut derepta bicornis——Terga Capri *Ov. l.* 5.
trūx ——qua tibi fertur *Catul.*
Valle ſubalarum trux habitare caper
sētĭger —humeroſque tegunt velamina capri—Setegeri *Sil. l.* 4.
EPITH. RECENT. bĭfrōns, hīrsūtus, bārbĭger, tōrvus, cōrnĭger, lāſcīvus, ācer, ŏlĭdus, fœdus, ĭmmūndus, hīſpĭdus.

CAPHAREUS, *Eubœæ promontorium, juxta Helleſpontum.*

ūltor Sidus et Euboïcæ cautes, ultorque Caphareus *Virg. l.* 11.
ĭmpōrtūnus Quot communis hyems, importunuſque Caphareus *Ov. l.* 14.
dūrus Non tibi Caſſandrus patri eſt, duruſve Capha- reus *Id.* 2. *Pont.*
fāllāx Ubi ſaxa rapidis clauſa vorticibus tegit Fallax Caphareus *Seneca.*
ālтus Non humiles Ægas, altumque Capharea dixi *Stat.* 7. *Th.*
EPITH. RECENT. Eubŏĭcus, prŏcēllōſus, dīrus, ſcŏpŭlōſus, trīſtis.

CAPILLI.

fōrmōſi ————formoſos virgo removere capillos *Vir. in Cic.*
rŏſĕi Antia fulgebat roſeis aurora capillis *Id. de Ort. So.*
cōmpti Sanguine turbantem comptos de more capillos *Id.* 10. *Æn.*

nĭtĭdi	Quem tenues decuêre togæ, nitidique capilli	*Hor. in Ep.*
mōlles	——et mollis imitabilur ære capillos	*Id. in Art.*
ŏdōrāti	Ibat odoratis humeros perfusa capillis	*Ov. 2. Fast.*
flāvi	Forma placet, niveusque color, flavique capelli	*Id.*
rōrāntes	Littora ficcabat rorantes rore capillos	*Id. 4. Fast.*
crŏcĕi	——placuit croceis aurora capillis	*Id. 2. El.*
tĕnŭes	Flava Ceres, tenues spicis redemita capillos	*Id. 3. El.*
pūrpŭrĕi	Filia purpureos Niso furata capillos	*Id. 1. de Art.*
ădōrnāti	Vultis adornatos positu variare capillos	*Ovid.*
lōngi	Tunc mihi quales erit longos turbata capillos	*Tib. l. 1.*
rĕfŭgi	——refugosque gerens a fronte capillos	*Luc. l. 10.*
dūlces	Consilium formæ speculum, dulcesque capillos	*Mart. l. 9.*
pŭēllāres	Ora puellaras faciunt incerta capilli	*Juv. Sat. 15.*

EPITH. RECENT. tĕnĕri, pĕxi, rĕfŭlgĕntes, rŭtĭli, ūdi, Myrrhĕi, ōrnāti, ĕffūsi, nĭvĕi, aūrāti, āmbrŏsĕi, sōrdĭdi, tūrpes, întōnsi, rĕdŏlĕntes, flāvicŏmi, cōnspĭcŭi, hōrrĭdi, rĭgĭdi, întōrti, cōntōrti, vĕnūsti, diffūsi, lōngi.

CAPISTRUM.

fĕrrātum	——ferratis præfigunt ora capistris	*Vir. 3. Geo.*
mōlle	Audiat, inque vicem det mollibus ora capistris	*Id. ib.*

EPITH. RECENT. nōdōsum, dūrum, pūrpŭrĕum, strĭctum, împōrtūnum.

CAPITOLIUM.

āltum	Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho	*Vir. l. 7.*
aūrĕum	Aurea posscdit socio Capitolia templo	*Ov. 6. Fast.*
Jūlĭum	At laterum passus hinc Julia templa tuentur	*Stat. 1. Syl.*
cĕlsum	——et ante ducem Capitolia celsa petebas	*Sil. l. 17.*

EPITH. RECENT. aūrātum, Rōmānum, sūblīme, ĕxcĕlsum, sŭpĕrbum, māgnĭficum, āntīquum, splēndĭdum, mārmŏrĕum.

CAPRA *et* CAPELLA.

lāscīva	Florentem cytisum sequitur lasciva capella	*Vir. in Buc.*
sīma	Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ	*Id.*
hīrta	Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas	*Id. 3. Geo.*
văga	Et jam compellante vagæ pastore capellæ	*Id. in Cul.*
rōrāns lact.	Illi sunt gratæ rorantes lacte capellæ	*Id. ib.*
villōsa	Liberat et cinctus villosæ tegmine capræ	*Id. in Mor.*
grăcĭles	Et modo qua graciles garmen carpsere capellæ	*Ov. 5. Met.*
ămāns sāxa	Qui nec oves placidæ, nec amantis saxa capellæ	*Id. in Ep.*
Olĕnĭa	Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ	*Id. 5. Fast.*
bārbĭgĕra	Barbigeras oleaster eo juvat usque capellas	*Lucr. l. 5.*
Tĕgĕātes	Dextera lascivit, cæsa Tegeatide capra	*Sil. l. 13.*
quĕrŭla	Et fætum querulæ rudem capellæ	*Mart.*
hirsūta	Discit ab hirsuta jaculum torquere capella	*Juv. Sat. 5.*

EPITH.

EPITH. RECENT. sȳlvēstris, sĕquāx, pĕtūlca, întōnsa, tĭmĭda, cŭpĭda, frōndĭpĕta, dūmĭvăga, păvĭda, rĕpēns, tōndēns, bărbāta, fŭgāx, hĭspĭda.

CAPREÆ.

sĕquāces Sylveſtres uti aſſiduè, capreæque ſequaces *Vir. 1. Geo.*
lāſcivæ Laſcivæ ſimilem ludere capreæ *Hor. 3. Car.*
fŭgāces Ante niſi in damis, capreiſque fugacibus uſus *Ov. 1. Met.*
ĭmbēlles Imbelles capreæ, follicituſque lepus *Id. 5. Faſt.*
EPITH. RECENT. cĕlĕres, sȳlvēstres.

CAPRICORNUS, *ſignum cæleſte.*

trŏpĭcus Quantaque nox tropico ſe porrigit capricorno *Virg. in Op.*
ăquōſus Semivir arcupotens ſubit, et capricornus aquoſus *Id.*
EPITH. RECENT. rĭgēns, gĕlĭdus, hĭrsūtus, sētōſus, cōrnĭgĕr, aūrītus, ĭmbrĭfĕr, hŏrrēndus, atrōx, brūmālis, hўĕmālis, nĭmbōſus.

CAPRIFICUS.——*Vid.* FICUS.

CAPSA.

ăngūſta Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ *Juv. Sat.* 10.
EPITH. RECENT. căva, cōncăva, ămpla, pătūla, ærāta, fĕrrāta, aūrĕa, ărgēntĕa.

CAPTIVITAS.——*Vid.* SERVITUS.

CAPTURA.——*Vid.* PRÆDA.

CAPUA, *Italiæ urbs celeberrima.*

dīves Talem dives arat Capua, et vicina Veſævo *Vir. 2. Geo.*
sūblīmis Mœnia ſublimis Capuæ de culmine muri *Sil. l. 18.*
EPITH. RECENT. ŏpīma, ămpla, dĕcōra, nōbĭlis, mōllis.

CAPULUS.

ĕbūrnus Concutienſque comam, capuloque aclivis eburno *Claud.*
EPITH. RECENT. aūrĕus, aūrātus, mĭcāns, ſplēndens, ſplēndĭdus, ărgēntĕus, ĭnsignis, pūlcher, cŏrūſcus, gēmmātus.

CAPUT.

flāvum ——————ſumma flavum caput extulit unda *Vir. 4. Geo.*
pūrum Longa probat facies capitis diſcrimina puri *Ov. 5. de Art.*
nĭtĭdum Nec nitidum tarda compſerit arte caput *Tib. l. 1.*
EPITH. RECENT. rūtĭlum, aūrĭcŏmum, hŏnēſtum, ămbrŏsĭum, rŏsĕum, cēlſum, întōnſum, cānum, grānde, jŭvĕnīle, illūſtre, sōllĭcĭtum, hūmānum, ăcūtum, vĕnĕrābĭle, ērectum, sūbmīſſum, cŏrōnātum.

CARBASUS, *pl.* CARBASA.

ālba Exhibuit vivos carbaſus alba focos *Propert.*
flūxa Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis *Luc. l. 3.*

EPITH.

EPITH. RECENT. văga, ſpūmāntĭa, căva, ālba, īnflāta, tēnſa, cūrva, lāta, tūrgĭda, sĭnŭōſa, flēxa, ăpērta, tŭmēntĭa, prōſpĕra, sĕcūnda, ādvērſa, cĭta, rĕcūrva, plēna, cōntrācta.

CARBUNCULUS.

EPITH. RECENT. ignĭvŏmus, flāmmĭvŏmus, præfūlgēns, rădĭāns, ſplēndĭdus, nĭtĭdus, mĭcāns, lūcĭdus, ārdēns, ſcīntillāns, rŭtĭlāns, clārus, rŭbēns, rŭbĭcūndus, lūcēns, ſplēndēns, rŭbēſcēns.

CARCER.

cœcus	Reſpiciunt clauſæ tenebris, et carcere cœco	*Vir.* 6. *Æn.*
sōllĭcĭtus	——————ſollicito carcere dignus eras	*Ov.* 1. *El.*
ſquāllĭdus	Squallidus orba fide pectora carcer habet	*Id.*
mœſtus	Carnifici in mœſto carcere dandus eram	*Id. in Ep.*
pĭcĕus	Sic ubi proſiluit piceo de carcere præceps	*Sil. l.* 15.
nĭger	————et nigri patietur carceris uncum	*Juv. Sat.* 14.
tĕnebrōſus	Elicit oppreſſas tenebroſo in carcere leges	*Claud.*

EPITH. RECENT. dūrus, tēter, hōſtīlis, ĭnērs, lătebrōſus, āngūſtus, ſævus, hōrrĭsŏnus, rĭgĭdus, fĕrōx, sŏlĭdus, prŏfūndus, ōbſcūrus, ŏpācus, căvus, ūmbrōſus, īnvīſus, fērrātus, rŏbūſtus, ſquāllēns, hōrrĭdus, nĭger.

CARCHESIUM.——*Vid.* POCULUM.

āſpĕrum	——————carcheſia ſignis	*Juv.*
	Aſpera convivas hilarant————	

CARDO.

hōrrĭsŏnus	Tum demum horriſono ſtrientes cardine ſacræ	*Vir.* 6. *Æn.*
	Panduntur portæ	

EPITH. RECENT. fērrātus, văgus, dūrus, ærātus, ſtrīdēns, sŏlĭdus, fērrĕus.

CARDUUS.

sēgnis	——ſegniſque horreret in arvis——Carduus	*Vir.* 1. *Geo.*
ăgrēſtis	Quamvis poſſit et agreſtis cardui flore conduci	*Colum.*

EPITH. RECENT. āſpĕr, ăcūtus, pūngēns, hŏrrĭdus, ĭnămœnus.

CAREX.

EPITH. RECENT. dūra, ăcūta.

CARIA, *Aſiæ regio.*

EPITH. RECENT. nōbilis, fāmōſa, cĕlēbrāta.

CARIES.

tĕnĕra	Vertitur in teneram cariem, rimeſque dehiſcit	*Ov. in Art.*

EPITH. RECENT. sĕnĭlis, rŏdēns, vĕtērnōſa, vĕtus, ĕdăx.

CARINA.

CARINA.

pānda	Agricolæ et pandas ratibus poſuere carinas	*Vir. 2. Geo.*
cūrva	Jam ſibi curvis malè temperat unda carinis	*Id. 3. Geo.*
ūnc̆ta	Frondenteſque ferunt remos, natat unc̆ta carina	*Id. 4. Æn.*
lōnga	——et longæ ſulcant vada ſalſa carinæ	*Id. 5. Æn.*
īnflēxa	Signa dabat prius inflexis ſuperata carinis	*Id. in Cul.*
cĕlĕr	——————celerem nunc paſſa carinam	*Id. ib.*
pīc̆ta	——meque jubent pic̆tæ dare vela carinæ	*Ov. 3. Met.*
incūrva	Ibat, et incurvæ fumabant tranſtra carinæ	*Id. l. 12.*
vēlĭfĕra	Huc ubi veliferam nautæ advertêre carinam	*Id. l. 15.*
cāva	———cava texit pelagus nautaſque carina	*Luc. l. 3.*
tūrrĭgĕra	Et jam turrigeram Bruti comitata carinam	*Luc. l. 5.*
trĕpĭda	Lapſa manus rapitur, trepida fugiente carina	*Id. l. 8.*
văga	Inde vagis omnem felix Euplæa carinis	*Stat. 2. Syl.*
aūdāx	Si quibus audaces amor eſt ſervare carinas	*Id. 3. Syl.*
dŭbĭa	——————et dubiis vitata Malæa carinis	*Id. 4. Th.*
bēllātrix	Fragmina portarum, bellatriceſque carinæ	*Id. 7. Th.*
prŏfŭga	Inque oculis profugæ Martem exercere carinæ	*Sil. l. 1.*
vŏlucris	Donec iter liquidum volucri rapiente carina	*Id. l. 3.*
ærāta	Æratas juſſu texamus mille carinas	*Id. l. 11.*
cĭta	Teque cita penitus condunt Erythyna carina	*Val. Flac. 5.*
	EPITH. RECENT. lĕvis, incaūta, frăgĭlis, vēlĭvŏla, tēmpēſtĭfĕra.	

CARMEN.

dēdūc̆tum	Paſcere oportet oves, deduc̆tum dicere carmen	*Virg.*
nōbĭle	——————hanc auget nobile carmen	*Id.*
Mæŏnĭum	Victor Mæonii carminis alite	*Hor. 1. Car.*
grātum	—cum grato Danai puellas—Carmine mulces	*Id. l. 3.*
ŏpĕrōſum	——operoſaque parvus——Carmina fingo	*Id. l. 4.*
ămābĭle	——————ſeu condis amabile carmen	*Id. 1. Ep.*
fāmōſum	Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nec̆tit	*Id. ib.*
vōcāle	Carmine vocali clarus, citharaque Philemon	*Ov. l. 1.*
mōlle	Sic ego delicias et mollia carmina fui	*Ov. 2. Triſt.*
sūblīme	Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris	*Ov. 3. El.*
tĕnĕrum	Aut tenerum dotes carmen habere putat	*Id.*
vĭgĭlātum	——————vigilatum carmen in ipſas	*Ov. 2. de Art.*
ſuāvĕlŏqu.	——————volui tibi ſuaveloquenti Carmine Pierio rationem, &c.	*Lucr. l. 1.*
Phœbēum	——Phœbeaque Dædala chordes—Carmina	*Id. l. 2.*
lēne	Ante fuit multò, quam lenia carmina cantu	*Id. l. 5.*
blāndum	——vidi egomet blanda inter carmina turpes	*Stat. 8. Th.*
dōc̆tum	——————nam doc̆ta per urbem Carmina, quæ juvenes, quæ non didicêre puellæ	*Stat. 1. Syl.*
Cāſtălĭum	Pec̆tora Caſtalio frangebant carmine——	*Sil. l. 11.*
jŏcōſum	Lex hæc carminibus data eſt jocoſis	*Mart. l. 1.*
bēllum	Hiſtorias bellas, carmina bella facis	*Id. l. 2.*
făcētum	Dabis hoc facetum carmen, mbuant aures	*Id. l. 7.*

vĭvĭdum Verſus, et breve vividum carmen *Id. l.* 12.
fātĭdĭcum ——quid carmine poſcat——Fatidico *Claud.*
EPITH. RECENT. mĕlĭcum, mŏdŭlābĭle, aūrĕum, cănōrum, ēxcūltum, sĕvērum, cūltum, ămīcum, blāndĭsŏnum, nēctārĭum, cĕlebre, præclārum, lœtĭfĭcum, sŏnōrum, lĕpĭdum, ēxpŏlītum, lĭbīdĭnōſum, Lēſbĭum, āltĭsŏnum, ingĕnĭōſum, quĕrŭlum, Aŏnĭum, ĭmātum, mēllĭtum, fēſtivum, grāndĭsŏnum, vĕnūſtum, ſcēnĭcum, hŭmĭle, ābjēctum, cōncĭnnum.

CARMEN, *pro incantamento.*

Cōlchĭcum Herbaſque, quas et Colchos, atque Iberia *Hor. in Ep.*
Mittit venereorum ferox
Æum Illa magas artes, Æaque carmina novit *Ov.* 1. *El.*
Cĭtēinum Poſſe Citeinis ducere carminibus *Prop.*
EPITH. RECENT. Thēſsălum, Cīrcæum, Thēſsălĭcum.

CARMENTA, *ſive Carmentis, Arcadiæ vates, Evandri regis Italiæ mater.*

fātĭdĭca Quam memorant nymphæ priſcum Carmentis *Virg.*
honorem——Vatis fatidicæ
Arcădĭa Arcadiæ ſacrum pontificale deæ *Ov.* 1. *Faſt.*
dōcta Jamque ratem doctæ monitum Carmentis ad *Id.*
amnem——Egerat
Pārrhăsĭa Fient Parrhaſiæ ſacra relata deæ *Id.*
Tĕgĕæa Binaque nunc pariter Tegeææ ſacra parenti *Id.*
Mænălis Sive fugæ comites, Mænali diva, tuæ *Id.*
fātĭlŏqua Venerabilior divinitate credita Carmentæ ma- *Livius.*
tres, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum, miratæ hæ gentes fuerant
vĕrĭdĭca Te mihi, mater veridica, interpres deûm *Id.*
Aucturum cæleſtium
Evāndrĭa Aſpice Carmentis greſſus Evandria mater *Sil. l.* 13.

CARNIFEX.

crŭēntus Torquet viſcera carnifex cruentus *Virg.*
mĭsĕr Et miſeri meruit tædia carnificis *Mart. l.* 2.
EPITH. RECENT. crūdēlis, ĭmmītis, trŭcŭlēntus, hōrrēndus, fĕrōx, tērrĭfĭcus, dīrus, sānguĭnĕus, ĭnhūmānus, ātrox, ſævus, bārbărus, ĭmpĭus, mĕtūēndus, mĭnāx, dūrus, ĭnexōrābĭlis, fērrĕus, sānguĭnŏlēntus, fērālis.

CARO.

EPITH. RECENT. cōăctĭbĭlis, lĕvis, mōrtālis, frăgĭlis, ĭnfirma, rĕbēllis, ægra, ĭmmūnda, sēdĭtĭōſa, vīlis, lānguĭda, rūbēns.

CAR-

CARPENTUM.——*Vid.* CURRUS.

vŏlucre ———volucri carpento rapitur celer *Juv. Sat.* 6.

CARRÆ, *Assyriæ urbs.*

Assўrĭa Assyrias Latio maculavit sanguine Carras *Luc. l.* 1.
EPITH. RECENT. thūrĭlĕgæ, thūrĭfĕræ.

CARTHAGINIENSES.

EPITH. RECENT. āntĭqui, sŭpērbi, aūdāces, pērfĭdi, māgnănĭmi, bēllāces, pŏtēntes, fĕri, ĭnmītes, fĕrōces, crūdēles, bārbări, bēllĭgĕri, crŭēnti, Māvōrtĭi, dīri, sævi, fūrĭōsi.

CARTHAGO,

Urbs celebris in Africa, condita a Didone, filiâ regis Phœniciæ.

Lўbĭca Mœnia quos rapidos Lybicæ Carthaginis horrent *Vir. in Cul.*
Tўrĭa ———Tyriamque adveneris urbem *Id.* 1. *Æn.*
Sīdŏnĭa ——ad urbem——Sidoniam puer ire parat *Id. ib.*
ālta ———tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas——— *Id.* 4. *Æn.*
ĭmpĭa Non incendia Carthaginis impiæ *Hor. l.* 4.
māgna Inter semirutas magnæ Carthaginis arces *Luc. l.* 4.
fĕrōx —patiturque ferox Oenotria jura Carthago *Sil. l.* 1.
pērfĭda ——cur perfida et urbe——Altera Carthago *Id. l.* 13.
ăcērba ——ne tollat acerba——Hoc Carthago decus *Id. l.* 17.
tŭmĭda Flebile cum tumida bellum Carthagine gessi *Claud.*
æmŭl.Rōm. Urbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ *Claud.*
EPITH. RECENT. Bўrsĭca, āntĭqua, sŭpērba, splēndĭda, Elīsæa, māgnĭfĭca, bēllĭgĕra, pŏtēns, dīves.

CARYSTOS.

sāxōsa Non ego Abantiadas, non te saxosa Carystе *Stat. l.* 7.
ūndōsa Non huc admissæ Thasos, aut undosa Carystos *Id.* 1. *Syl.*
EPITH. RECENT. fĕrax, lăpĭdōsa, Argīva, Graīa, Tītāna.

CASA.

hŭmĭles Atque humiles habitare casas, et figere cervos *Virg. in Buc.*
pārva Et pudet in parvis nomen habere casis *Ov.* 3. *Fast.*
frōndĕa Sunt quibus e ramis frondea facta casa est *Id.* 4. *Fast.*
ēxĭgŭa Surge, nec exiguæ despice lecta casæ *Id.*
īnsōns Et cremat infontes hostica turba casas *Id.* 2. *El.*
ĭmmūnda Captus et immunda sæpe latere casa *Prop. l.* 2.
strāmĭnĕa Straminea posset dux habitare casa *Id.*
putris Putris odorato luxerat igne casa *Id. l.* 4.
sōrdĭda Lapsaque sordidæ fient templa casæ *Seneca.*
Scўthĭca Et poteram Scythicas hospes amare casas *Mart. l.* 10.
āngūsta Et casa pugnaces Curios angusta tegebat *Claud.*

EPITH. RECENT. tĕnŭis, vĭrĭdis, lūtea, vīlis, rŭdis, cŏlūmbĭfĕra, frigĭda, rūrālis, cūrta, tūrpis, paūper, mūltĭfŏris, ăgrēstis, sylvĕstris, sēcūra, tūta, ĕxĭlis, lăcĕra, mŏdĭca, lignĕa, indĭga, pācĭfĭca.

CASEUS.

pinguis — Pinguis et ingratæ premeretur caseus urbi — *Vir. in Buc.*
cāndĭdus — Candidus elixæ miscetur caseus herbæ — *Ov. 4. Fast.*
mōllis — Et caseus mollis vehementer expressus — *Colum.*
dūlcis — Nam ubi dulcem caseum dimiseris — *Id.*
Tŏlōsas — Nec quadra deerat casei Tolosatis — *Mart. l. 11.*

EPITH. RECENT. nĭvĕus, vænālis, rŭtĭlāns, mōllĭcŭlus, prēssus.

CASIA.

ŏlēns — Hic tibi Coryceum, casias hic donat olentes

EPITH. RECENT. mītis, rŭbēns, hālāns, hŭmĭlis, vĭrĭdis, flōrēns, rŭbĕa, ŏdōra, frāgrāns.

CASSANDRA,

Priami Trojanorum regis filia, vates insignis.

Prĭămēĭa — Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus — *Vir. 2. Æn.*
Phœbas — Teque Mycenæo, Phœbas, amata duci — *Ov. 2. Trist.*
Ilĭa — ——neque enim Ilia quondam Verax Cassandra — *Prop. l. 2.*
Pĕrgămĕa — Aut se Pergameæ fero rata carmine vatis — *Id. l. 4.*
Phrygĭa — Amore Phrygiæ vatis incensus furit — *Seneca.*
ēffræna — Effræna Phœbas entheas lautus quatit — *Idem.*

EPITH. RECENT. Ilĭăca, prænūncĭa, præscĭa, fātĭdĭca, præsāga, vērax.

CASSES.

lāxi — Laxos in foribus suspendit aranea casses — *Vir. 4. Geo.*
ārctī — Ne trepidare velis, atque arctos rodere casses — *Persius.*

EPITH. RECENT. dōlōsi, lātēntes, pārāti, fāllăces, ŏccūlti, sūbdŏli, ābdĭti, dīspŏsĭti, caūti, fērrĕi, tĕnāces, īmpōrtūni.

CASSIOPE,

Uxor Cephei Æthiopum regis.—Poetæ dicunt Cassiopem inter astra relatam fuisse.

āstrĭgĕra — Qua micat astrigera senior conjuge Cepheus — *Claud.*

EPITH. RECENT. īnfōrtūnāta, fūlgēns, rādĭōsa, īnfēlix.

CASSIS.

aūrĕa — Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea vati Cassida——

fūlva

fūlva jŭb. Fulva jubis caſſis, nec onus, cava parma, finiſtræ *Ov. l.* 1.
crīſtāta Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis *Id. l.* 8.
mĕnax ——quum tu claudere menaci *Stat.* 4. *Th.*
Caſſide——
aūrāta Sic ait, atque ambos aurata caſſide ditat *Id. l.* 6.
nĭtĭda —— nitidæ nec Caſſidis altam *Id. l.* 8.
Compſit adornavitque comam——
tōrva ——quippe apicem torvæ *Idem.*
Gradivus habebat Caſſidis——
aūrĭcŏma —— quatit aura comantes *Sil. l.* 4.
Caſſidis auricomæ criſtas
ærĕa —— non ærea caſſes—Nec lorica riget ferro *Id. l.* 5.
Mārtĭa —— non Martia caſſis *Val. Fl.* 5.
Eumenidumque comæ
īnfēſta Videt et infeſta vibrantes caſſide terras *Id. l.* 7.
EPITH. RECENT. căva, fĕrrĕa, ăhēna, ærāta, cælāta, hīrsūta.

CASTALIDES.—*Vid.* MUSÆ.

CASTANEA.

mōllis Caſtaneæ molles, et preſſi copia lactis *Vir. in Buc.*
EPITH. RECENT. mātūra, hīrsūta, trūx.

CASTOR.—*Vid.* POLLUX.

Filius Jovis et Ledæ, frater Pollucis et Helenæ.

Lēdæus. Hæc ſunt Ledæis templa dicata deis *Ov. l.* 2. *Faſt.*
Amўclæus Vidit Amyclæos faunus concurrere fratres *Stat. l.* 7.
Thĕrāpnæ. Igne Therapnæi fugerunt carbaſa fratres *Stat. l.* 7.
Oebălĭdes ——ambiguo viſus errore laceſſunt *Stat.* 5. *Th.*
Oebalidæ gemini
Tўndărĕus ——fratreſque petivit—Tyndareos *Val. Fl.* 1.
EPITH. RECENT. cīcnĭgĕna, gĕnĕrōſus, ārgŏnaūta, īmmōrtālis.

CASTRA.

hōrrĭda Perque nives alium, perque horrida caſtra *Vir. in Buc.*
ſecuta eſt
ŏpŭlēnta ——opulentaque regnis——Jungere caſtra *Vir.* 8. *Æn.*
hōſtĭlĭa Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas *Luc. l.* 4.
tūrrĭta —turritaque ſummis—Diſponit caſtella jugis *Idem. l.* 6.
nĕfānda —— caſtris mœrens eſſe nefandis *Stat.* 4. *Syl.*
ăcērba —— verum caſtris elapſus acerbis *Sil. l.* 9.
fūlgĭda ——— ſtrictis quem fulgida telis *Claud.*
Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos
EPITH. RECENT. Mārtĭa, hōſtĭca, ſæva, fīda, tūta.

CASULA.—*Vid.* CASA.

CASUS.

vărĭus	Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum	*Vir.* 3. *Æn.*
dŭbĭus	Gnate, quem ego in dubios cogor demittere caſus	*Catul.*
	EPITH. RECENT. ānceps, rĕpēntīnus, ămbĭgŭus, sŭbĭtus, ĭnŏpīnus, præceps, cĭtus, ādvērſus, trĭſtis, fūnēſtus, mœſtus, dūrus, īnsŏlĭtus, flēbĭlis, lāmēntābĭlis, lūctŭōſus, īnfāndus, ĭnīquus, hōrrēndus, ăcērbus, īnfaūſtus.	

CATAPULTA.—*Vid.* BALISTA, TORMENTUM.

CATARACTA.

præceps	Excipĕre tuos et præcipites cataractæ	
	EPITH. RECENT. spūmāns, hōrrĭsŏna, ālta, prærūpta.	

CATASTA.

bārbāra	Barbara gypſatos ferre cataſta pedes	*Tibul.*
rĭgĭda	Cappadocas rigida pingues paviſſe cataſta	*Perſius.*
bārbărĭca	Non te barbaricæ verſabat turba cataſta	*Stat.* 2. *Syl.*
ăvāra	Non de plebe domus, nec avaræ verna cataſtæ	*Mart. l.* 6.
ārcāna	Sed quos arcanæ ſervant tabulata cataſtæ	*Id. l.* 9.
Cāppădŏca	Nec te Cappadocis eques cataſtis	*Mart.*
	EPITH. RECENT. ĭnērs, īgnāva.	

CATELLA, *vel* CATELLUS.—*Vid.* CATULUS.

CATEIA.

pānda	——panda manus eſt armata cateia	*Sil. l.* 4.
	EPITH. RECENT. Teūtŏnĭcas, vūlnĭfĭca, cĕler.	

CATENA.

ſæva	Me pater ſævis oneret catenis	*Horat.*
vălĭda	Sed potius valida teneamur uterque catena	*Tibul. l.* 4.
fĕrrĕa	Anchoræ pro funibus ferreis catenis revinctæ	*Jul. Cæſ.*
tŏres	Aſt alias manicæque ligant, teretesque catenæ	*Luc. l.* 5.
grăvis	— qua torta graves lorica catenas—Opponit	*Id. l.* 7.
ārcta	——————arctis poſt terga catenis	*Sil. l.* 2.
Lēmnĭăca	Parce pater, ſi Lemniacis laſciva catenis	*Mart. l.* 5.
fĕrrāta	Barbara ferratis innectunt terga catenis	*Claud.*
fămŭla	Speraſti famulas imponere poſſe catenas	*Id.*
	EPITH. RECENT. dūra, ærāta, ădămāntæa, sŏlĭda, ſtābĭlis, nōdōſa, ærĕa, ădămāntĭna, fĕrrūgĭnĕa, ſtridēns, ĭmpröba, ŏnĕrōſa, pōndĕrōſa, rĭgĭda, crŭēnta, Vŭlcānĭa, sērvĭlis, pröbōſa.	

CATERVA.

flōrēns ære	Agmen agens equitum, et florentes ære catervas	*Vir. l.* 7.
fŭlgēns	Pulveream nubem, et fulgentes ære catervas	*Id. l.* 8.

ſpūmāns

ſpūmāns	Proſpectare nefas ſpumantes cæde catervas	*Luc. l.* 7.
aūdax	——audaces rubuit mirata catervas	*Stat. l.* 5.
hōſtĭlis	Rebar et hoſtiles huc adveniſſe catervas	*Id.*
ēnsĭfĕra	Martis et enſiferas inter potes ire catervas	*Stat.* 8. *Th.*
mūltĭsŏna	Sævaque multiſonas exercet pœna catervas	*Stat. l.* 8.
ārmĭfĕra	Illa vel armiferas pro conjuge læta catervas	*Id.* 5. *Syl.*
	EPITH. RECENT. văgā, īnsāna, ærāta, trĕpĭda, ārmāta.	

CATHEDRA.

ſtĕrĭlis	Et ſteriles Cathedras baſia ſola crepant	*Mart.*
nūda	Hinc et inde patens, ac nuda pene cathedra	*Juv.* 1. *Sat.*

CATILINA,

Cives nobilis Romanus, qui in patriam conſpiravit.

mĭnāx	Abruptus Catalina minax fractiſque catenis	*Luc. l.* 6.
ſævus	Pacificas ſævus tremuit Catilina ſecures	*Id. l.* 7.

CATILLUS, *ſeu* CATILLUM.—*Vid.* PATINA.

pūrūs	Incretum puris circumpoſuiſſe catillis	*Hor. Sat.* 2.
ăngūſtus	Anguſtoque vago piſces urgere catino	*Hor.* 2. *Sat.*
Tūſcus	Ponebant igitur Tuſco ferrato catino	*Juv. Sat.* 11.
fĭctĭlis	Catinum fictile oleo ungito	*Cato.*
	EPITH. RECENT. frāgrāns, căpāx, laūtus.	

CATO,

Romanus illuſtris vita integerrima ; partes Pompeii adverſus Cæſarem amplexus eſt.

īntōnſus	Præſcriptum et intonſi Catonis	*Hor.* 2. *Car.*
īnvĭctus	Sedet et invicti poſuit ſe mente Catonis	*Luc. l.* 9.
dūrus	Et mala, et duri lachrymas motura Catonis	*Id.*
grăvis	Libertate gravem pia Catonem	*Stat.* 2. *Syl.*
sĕvērus	Cur in theatrum, Cato ſevere, veniſti	*Mart. l.* 1.
cōnsūmm.	Quod magne Thraſiæ conſummatique Catonis	*Id.*
rĭgĭdus	Tunc me vel rigidi legant Catones	*Id.*
	EPITH. RECENT. dōctus, trīſtis, hŏnōrus, sānctus, mōrātus.	

CATULLUS,

Poeta, qui Veronæ natus eſt, et tempore Julii Cæſaris floruit.

lāſcīvus	Sic ſua laſcivo cantata eſt ſæpe Catullo Fœmina——	*Ov.* 2. *Triſt.*
dōctus	Tempore cum clavo, docte Catulle, tuo	*Id.* 3. *El.*
fācūndus	—— nec te facundi ſcena Catulli—Detineat	*Id.* 5. *Faſt.*
ārgūtus	Nolo quod argento dedit exorata Catullo Leſbia——	*Id.* 6. *Faſt.*
tĕner	Non qualis teneri ploravit amica Catulli	*Mart. l.* 7.
tĕnŭis	Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo	*Id. l.* 10.
	EPITH. RECENT. ſuāvis, nĭtĭdus, mōllis, dōctĭlŏquus.	

CATULUS.

lăctans Sanguine lactantis catuli placatur et extis *Colum.*
EPITH. RECENT. săgāx, mōrdāx, mōllis, tĭmĭdus, tĕnĕr, blāndus, păvĭdus, fūgāx, mōrdāx, păvēns, tĕnēllus, dŏcĭlis.

CAUCASUS,
Mons ingens in Asia, Indiam a Scythia dirimens.

hōrrēn. caū. ———Sed duris genuit te cautibus horrens *Vir. 4. Æn.*
Caucasus——
ĭnhōspĭtālis Sive facturus per inhospitalem—Caucasum *Hor. 1. Car.*
ingēns ———— consonet ingens——Caucasus *Val. Fal. 5.*
nĭvālis Tu si nivalis per juga Caucasi *Claud.*
EPITH. RECENT. mūltĭfĭdus, frīgĭdus, āspĕr, glăcĭālis, Scythĭcus, cēlsus, Sārmătĭcus, ălgĭdus.

CAUDA.

sētōs. pĭlōs. Caudis longissimis, setosis, pilosisque sit equus *Col. l. 7.*
EPITH. RECENT. sĭnŭōsa, vĕrsĭcŏlor, ĭtĕllāta.

CAUDEX, *seu* CODEX.—*Vid.* TRUNCUS, LIBER.

sĕctus Quin et caudicibus sectis, mirabile dictu *Vir. 2. Geo.*

CAVEA.

rĕsŏnāns —qualis resonantibus olim—Exoritur caveis *Claud.*
EPITH. RECENT. ōbscūra, prŏfūnda, īma.

CAVERNA.

tēcta Aut occulta fluunt tectis ad operta cavernis *Vir. in Æt.*
claūsa ————clausis resonare cavernis *Id.*
cūrva ———— curvisque immuguit Ætna *Id. 3. Æn.*
Cavernis————
ūmbrōsa Regia et umbrosæ penitus patuêre cavernæ *Id. l. 8.*
īma Præbet iter, subterque imas oblata cavernas *Ov. 5. Met.*
căva Sæpe cavas motu terræ mugire cavernas *Luc. l. 3.*
cœca Dignatur cœcas inclusum habitare cavernas *Id. l. 5.*
vāsta ———vastisque adducta cavernis—Hæsit *Id.*
ēxēsa Clauderet exesis haustum scopulosa cavernis *Id. l. 9.*
EPITH. RECENT. ābrūpta, fūrva, sēcrēta, ūmbrĭfĕra, cŏlŭbrĭfĕra, fōssa, atra, ĭmmānis

CAULIS.

pătŭlus Caulibus et patulis teretes colludere guttas *Vir. in Opus.*
tĕner Qui teneros caules alieni fregerit horti *Hor. in Sat.*
prōtŏcŏmus Sed jam protocomos tempus decidere caules *Colum.*
EPITH. RECENT. tūrgēns, vĭrēns, pălūstris, nŏvus, vĭrĭdis, vērnāns.

CAUNUS, *Apollinis nepos.*

Apōllĭnĕus Byblis Apollinei correpta cupidine fratres *Ov. l. 9.*
Mæāndrĭus Attonitus subita juvenis Mæandrius ira *Id.*

CAUPO.

CAUPO.

mălignus — Differtum nautis, cauponibus atque malignis — *Hor. 1. Sat.*
EPITH. RECENT. bĭbŭlus, pērfĭdus, sōrdĭdus.

CAUPONA.

EPITH. RECENT. ăpērta, cōmmūnis, pŏtēns, īnsīgnis, sōrdĭda.

CAUSA.

indigna — —quæ cauſa indigna ſerenos—Fædavit vultus — *Vir. 2. Æn.*
EPITH. RECENT. lătēns, cērta, sūffĭcĭēns, hŏnēſta, pĭa, bŏna, măla, lĕvis, dĭffĭcĭlis, ōbſcūra, īnnŏcŭa.

CAUSIDICUS.

raucus — Exercit raucos tertia cauſidicos — *Mart. l. 4.*
pŭsillus — Raro cauſidici maduerunt roſtra puſilli — *Juv. Sat. 10.*
EPITH. RECENT. dōctus, ăvārus, pērītus, fācūndus, dĭsērtus, lŏquāx.

CAUTES.—*Vid.* RUPES.

dūra — ——ſed duris genuit te cautibus horrens — *Vir. 4. Æn.*
Caucaſus————
Mārpēsĭa — Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes — *Id. l. 6.*
sōlĭda — Inde velut muro, ſolidaque a caute repulſa eſt — *Ov. l. 11.*
Deūcălĭōn. — Deucalionææ cautes peperêre — *Colum.*
crūda — Et crudæ putri finxerunt pulvere cautes — *Luc. l. 5.*
EPITH. RECENT. ſpīnōſa, āſpĕra, sāxōſa, rĭgĭda, gĕlĭda, ſcabra, rĭgens.

CAVUS.—*Vid.* CAVERNA.

CAYCUS, *Phrygiæ et Myſiæ fluvius.*

Mўſus — Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſuſque Caycus — *Vir. 4. Geo.*
Teūthrānt. — Peneuſque ſenex, Teuthrantæuſque Caycus — *Ov. 2. Met.*
gĕlĭdus — Myſeaque et gelido tellus perfuſa Cayco — *Luc. l. 3.*
EPITH. RECENT. dūlcĭsŏnus, ămœnus.

CAYSTER, *Lydiæ ſeu Mæoniæ fluvius.*

ŏlōrĭgĕr — Si quave olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri — *Prop. l. 3.*
EPITH. RECENT. ŏlōrīnus, mōllis, gĕlĭdus, dūlcĭsŏnus, lenis, Lўdĭus, Mæōnĭus.

CECROPS, *primus Athenarum rex.*

EPITH. RECENT. pŏtēns, dīves, īnclўtus.

CEDRUS.

ŏdōrāta — Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum — *Vir. 3. Geo.*
ŏlēns — Robora nec cuneis, nec olentem ſcindere cedrum — *Id. 11. Æn.*
EPITH. RECENT. ŏdōra, ēnōdis, ætērna, Lĭbănītis, Lĭbăna, fērālis, īmmōrtālis, frā-

grāns,

grāns, vĭrēns, ūmbrōſa, frōndēns, pătŭla, dēnſa, ālta, frōndōſa, prōcēra, ŏdōrĭfĕra, pūlchra, ārdŭa, ēxcēllſa, sūblīmis, ānnōſa, dūra, īncōrrūpta.

CELÆNÆ.

ālтæ	Inter ait viridem Cybelen, altaſque Celænas	*Ov. 4. Faſt.*
īllūſtres	Noſſet et illuſtres, Satyro pendente, Celænas	*Stat.*
	EPITH. RECENT. Phrўgĭ, grāndes.	

CELÆNO.—*Vid.* HARPYIÆ.

dīra	Quas dira Celæno, Harpyiæque colunt aliæ	*Vir. 3. Æn.*
	EPITH. RECENT. jējūna, hōrrĭda, ăvĭda, Tārtărĕa, răpāx, fœda, īmmūnda.	

CELERITAS.—*Vid.* LEVITAS.

CELLARIUM.—*Vid.* CELLA.

CELTÆ, *Galliæ antiquæ incolæ.*

vān. & mūt.	Vaniloquum Celtæ genus a mutabile mente	*Sil. l. 8.*

CELTIBERIA.

cŭnīcŭlōſa	Cuniculoſæ Celtiberiæ fili	*Catul.*

CEMENTUM.

mōlle	Non enim quæ ſunt e molle cemento, &c.	*Vitruv.*
ſtrūctĭlis	Non ſilice duro, ſtructilive cemento	*Mart. l. 9.*
	EPITH. RECENT. tĕnāx, glūtĭnōſum.	

CENEUS, *Elati filius,*
qui juvenis fœmina erat, et a Neptuno obtinuit ut in virum mutaretur.

Pēllæus	Nudaque Pellæi juvenis ferit ora Sariſſa	*Ov. l. 4.*
Elătēĭus	Inque cruentatus Ceneus Elateius ictu	*Id.*
vălĭdus	Forte trabem nactus, validum conjecit in hoſtem	*Id.*
Pērrhæbus	Corpore non læſo Perrhæbum Cenea vidi	*Id. l. 12.*
māgnus	Nec magnum ambigui fregērunt Cenea ſexus	*Stat. in Ach.*
	EPITH. RECENT. fŏrtis, māgnănĭmus, sŭpērbus.	

CENSOR.

hŏnēſtus	———animum cenſoris ſumet honeſti	*Hor. in Ep.*
rĭgĭdus	Conſule, quæ rigidus munera cenſor habet	*Ov. 2. de Art.*
tetrĭcus	Nudorum tetricus, et cenſor et aſper erat	*Mart. l. 12.*
	EPITH. RECENT. sĕvērus, trīſtis.	

CENSURA.

EPITH. RECENT. fāſtŭōſa, trīſtis, sŭpērba, rĭgĭda, sĕvēra, ĭnjūſta, dūra.

CENTAUREUM, *herba.*

grăvĕŏlēns	Cecropiumque thymum et graviolentia centaurea	*Vir. 4. Geo.*
Thĕſsăla	Et panacea potens, et Theſſala centaurea	*Lucan.*
	EPITH. RECENT. Chīrōnĭa, *a Chirone Theſſalo.*	

CENTAURI,

CENTAURI,

Theſſaliæ populi, fabulati fuiſſe partim homines, partim equos.

fŭrēntes	——ille furentes——Centauros letho domuit	*Vir. 2. Geo.*
bĭfōrmes	Centauruſque biformis adeſt, pelagi puella	*Id. de Sig.*
mĭnāces	Centauruſque minax arcu, et Neptunia proles	*Id.*
nūbĭgĕnæ	Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto	*Id. l. 7.*
ſævi	Nam tibi ſævorum ſæviſſimè Centaurorum	*Ov. l. 12.*
Oſſæi	Nec Oſſæi bello cecidêre bimembres	*Id.*
sēmĭmāres	——nos ſemimari ſuperamur ab hoſte	*Id.*
sēmĭfĕri	Semifer aëria tales Centaurus ab Oſſa	*Stat. l. 6.*
trūces	Centauros habet arte truces	*Id. ib.*
bĭmembres	——non ipſi poterunt æquare bimembres	*Claud.*

EPITH. RECENT. fĕrōces, sŭpērbi, răpĭdi.

CEPE.

EPITH. RECENT. rūbēns, mōrdāx, acris, sōrdĭda, mœſta, lachrўmōſa.

CEPHALUS,

Æoli filius, venator inſignis, ab Aurora deamatus.

EPITH. RECENT. cūltus, fōrmōſus, nĕmŏrōſus.

CEPHEUS,

Rex Æthiopum, quem Poetæ fabulantur in aſtra relatum.

ſtēllātus	Nec ſtellatus Cepheus cum uxore	*Cic. Tuſc.*

EPITH. RECENT. æquŏrĕus, Ĭăsĭdes, ĭmpĭus.

CEPHISUS, *Bœotiæ fluvius.*

ĭmpĭger	—quos impiger ambit—Fatidica Cephiſus aqua	*Luc. l. 3.*

CERA.

pĭnguis	Ideaſque pices et pingues unguine ceras	*Vir. 2. Geo.*
tĕnāx	——deinde tenaces——Suſpendunt ceras	*Id. ib.*
flāva	——ſed ut intabeſcere flavæ—Igne levi ceræ	*Ov. 3. Met.*
ŏdōrāta	Mollit odoratas pennarum vincula ceras	*Id. l. 8.*
flāvēns	Pocula quæ cava ſunt flaventibus illita ceris	*Id.*
Hўmēttĭa	——ut Hymettia ſole—Cera remolleſcit	*Id. l. 10.*
Phænĭcĭa	Saga ut Phæniciæ defixit nomina ceræ	*Id. 3. El.*
lăbōrāta	—laboratasque premunt ad pectora ceras	*Stat. l. 10.*
dūlcis	Ad dulces ceras, et odori verticis antra	*Sil. l. 2.*
Cēcrŏpĭa	Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras	*Id. l. 14.*
tĕnŭis	——et tu tenues ſubire latentia ceræ	*Val. Flac. 1.*
frăgĭlis	Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera	*Juv. Sat. 12.*

EPITH. RECENT. Attĭca, Hўblæa, lĭquĭda, lĭquēns, mōllis, dīves, tĕnēlla, ŏdōra, tĕnĕra, lĭquēſcēns, trāctābĭlis, dūctĭlis, ŏdōrĭfĕra, ĭmprēſſa.

CERASTES.——*Vid.* SERPENS.

Lўbĭcus	Aut viventis adhuc Lybicæ membrana Ceraſtæ	*Luc. l. 6.*
ănhēlāns	Ora et anhelantes tuto Phlegethonte Ceraſtas	*Stat. 4. Th.*
crīnālis	Crinalem attollit longo ſtridore Ceraſtem	*Id. l. 11.*

EPITH. RECENT. văgus, cōrnĭgĕr, crīstātus, lēthĭfĕr.

CERASUS.—*Vid.* FRUCTUS.

dūlcis Hic dulces Ceraſos, hic autumnalia pruna *Prop.* 4.
EPITH. RECENT. ſuāvis, jūcūndus.

CERAUNIA, *montes alti Epiri.*

vĭŏlēnta Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis *Ov.* 2. *El.*
īgnĕa ——————ſub antris
Ignea fulmineis legêre Ceraunia Nymphæ *Claud.*
EPITH. RECENT. ālta, ſcŏpŭlōſa, prærūpta, ēxcēlſa, fūlmĭnĕa, īnfāmĭa.

CERBERUS, *canis triceps, inferorum cuſtos.*

ĭnhĭāns ——tenuitque inhians tria Cerberus ora *Vir.* 4. *Geo.*
īngēns Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci *Id.* 6. *Æn.*
īmmānis Perſonat adverſo recubans immanis in antro *Id. ib.*
Mĕdūſæus Terna Meduſæi vincirem guttura monſtri *Ov. l.* 10.
vīpĕrĭus Et tria viperio fecimus ora cani *Id.* 3. *El.*
tĕrgĕmĭnus Tartarioſque lacus, tergeminumque canem *Id.* 3. *de Art.*
nĭger Nunc niger in porta ſerpentum Cerberus ore *Tib. l.* 1.
Stridet————
aūdāx ——non vinea culta ſed audax—Cerberus *Id.*
īmprŏbus Cerberus et nullas hodie petat improbus umbras *Prop.* 4.
āter Atrum per urbes ducit Argolicas canem *Seneca.*
pērvĭgĭl Cuſtos opaci pervigil regni canis *Id.*
Stўgĭus Caneſque diras Stygius obſervet fores *Id.*
īnfĕrnus Manes loquuntur, ſonuit infernus canis *Id.*
trĭfōrmis Non me triformis ſole conſpecto canis *Id.*
ĭnquĭētus Herculem et regnum canes inquieti *Id.*
mălus ——tergeminoſque male cuſtodis hiatu *Stat.* 6. *Th.*
trīſtis ——fugiat nec triſtis in antrum—Cerberus *Id. l.* 7.
āſper ——nullo ſonet aſper——Janitor ore *Id. l.* 8.
Tārtărĕus Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petivit *Id.* 5. *Syl.*
EPITH. RECENT. trĭceps, tērrĭfĭcus, ĭmpĭus, Plūtōnĭus, vŏrāx, trĭlinguis, trĭfaŭx, Avĕrnālis, hōrrĭdus, crūēntus, ĭnfĕrus, lātrātor, hōrrĭfĭcus, ſævus, atrōx, trĭplēx, hōrrĭbĭlis.

CERCOPES,

populi Pithecuſæ, ſive Inarimes inſulæ a Jove in ſimias mutati.

dŏlōſi Cercopum exorſus, gentiſque admiſſa doloſæ *Ov. l.* 14.

CERCYON, *latro inſignis.*

ĭnfāndus Non trucibus monſtris Scynen, infandumque *Stat.* 12. *Th.*
dediſti————Cercyona

CEREBRUM.

crūēntum Oſſaque diſpergit cerebro permiſta cruento *Vir.* 10. *Æn.*
călĭdum ————vulnus calido regat ora cerebro *Vir.* 11. *Æn.*

mōlle

mŏlle	Perque cavas nares, oculoſque, aureſque cerebrum———Molle fluit	*Ov. l.* 12.
	EPITH. RECENT. dōctum, īngĕnĭōſum, tĕnĕrum, călens.	

CERES,

Filia Saturni et Opis, fuit Dea frugum et agriculturæ.

flāva	Flava Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo	*Vir.* 1. *Geo.*
Eleūsĭnĭa	Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra	*Id.*
mūnda	Eſt hic munda Ceres, eſt amor, eſt Bromius	*Id. in Op.*
fălcĭfĕra	Falciferamque deam meſſes remorantur in æſtu	*Id.* 4. *Tem.*
lēgĭfĕra	Legiferæ Cereri, Phæboque patrique Lyæo	*Id.* 4. *Æn.*
pĭa	Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres	*Ov. l.* 10.
tœdĭfĕra	Quos tum tœdifera nunc habet alta dea	*Id.* 5. *Faſt.*
rūrĭcŏla	Ruricolæ Cereri teneroque aſſurgite Baccho	*Id.* 3. *El.*
mūnĭfĭca	Te dea munificam gentes ubicunque loquuntur	*Id.*
Ætnēa	Ætneæ Cereri proles optata virebat—Unica	*Catul.*
frūgĭfĕra	Ego hoc ſolum, frugifera quo ſurgit Ceres, &c.	*Senec.*
pūlvĕrŭl.	———pulverulenta Ceres et eteſia flabra Aquilonum———	*Luc. l.* 5.
Actæa	Tu quoque, Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo	*Stat.* 4. *Syl.*
Elvīna	Me quoque ad Elvinam Cererem, veſtramque Dianam	*Juv. Sat.* 3.
	EPITH. RECENT. Ennæa, fœcūnda, ſpīcĭfĕra, ſpīcĕa, Sĭcŭla, ānnōſa, trĭtĭcĕa, flāvēns, cūlta, Sĭcāna, Thēſmŏphŏra, ſpīcāta, cŭpĭda, hĕrbĭfĕra, mūnĭfĭca, ōptāta, āltrix.	

CEROMA.

lēntum	Seu lentum ceroma teris, trepidumve trigona	*Mart. l.* 4.
fæmĭnĕum	Endromidas Tyrias, et fæmineum ceroma	*Juv. Sat.* 6.
	EPITH. RECENT. pīngue, crāſſum, ūnctum.	

CERTAMEN.

fūnēſtum	Nec funeſta timet validæ certamina claſſis	*Vir. in Cul.*
Mārtĭum	Spectandus in certamine Martio	*Hor.* 4. *Car.*
trĕpĭdum	Ludus enim genuit trepidum certamen et iram	*Id. in Ep.*
āſpĕrum	Aſpera militiæ juvenis certamina fugi	*Ov.* 4. *Triſt.*
āncĕps	Quæ una fecerat anceps certamen	*Liv.*
tŭmŭltŭār.	Multi tumultuario certamine ſtupefacti, &c.	*Id.*
mĭsĕrābĭle	Quiſque ſuas avida ad lachrymas, miſerabile currant——Certamen	*Stat.* 3. *Th.*
vălĭdum	—valida ad certamina tardos—Molitur greſſus	*Id.* 6. *Th.*
ălacre	Annibalem voce atque alacri certamine poſcit	*Sil. l.* 1.
ănhēlum	Spirantem credas certamina anhela movere	*Id. l.* 2.
mĭsĕrāndum	Hæc inter miſeranda virûm certamina	*Id. l.* 5.
ăvĭdum	——et minitans avida ad certamina fertur	*Id. l.* 12.

EPITH. RECENT. lūctŭōsum, dūrum, bēllĭcum, ăcērbum, atrōx, acre, sævum, ănĭmōsum, ĭmpĭum.

CERVA.

ærĭpes	———fixerit æripedem cervam licet	*Vir.* 6. *Æn.*
tĭmĭda	Utque canem timidæ nactum vestigia cervæ	*Ov.* 5. *Trist.*
tērrĭta	Quæ fugit infestos territa cerva canes	*Id.* 2. *de Pon.*
sўlvĭcūltrix	Ubi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus	*Catul.*
cĕlĕr	Flammea prævertet celeris vestigia cervæ	*Id.*
vĕtus	Si veteris potuit cervæ comprendere lustra	*Var.*
	EPITH. RECENT. ānnōsa, cōrnĭgĕra, fŭgāx, vīvāx.	

CERVIX.

ĕbūrnĕa	Hoc faciunt flavi crines, et eburnea cervix	*Ovid.*
lăctĕa	Aurea cæsaries, demissaque lactea cervix	*Corn. Gal.*
lævis	Lævis odorato cervix manabit olivo	*Prop.* 3.
ămbrōsĭa	Ambrosiam vero cervicem amplexus amatæ	*Musæus.*
mōllĭcūtis	Mollicutem pulchræ cervicem ac membra puellæ	*Id.*
cāndĭda	Præbenda est gladio pulchra hæc et candida cervix	*Juv. Sat.* 10.
nĭvĕa	Sub juga cervices niveas Hymenæus adegit	*Claud.*
	EPITH. RECENT. ārgēntĕa, nĭtēns, blānda, rōsĕa, mōllis, fōrmōsa, vĕnūsta, tŭmēns, tŭmĭda, tŭmēscēns.	

CERUSSA.——*Vid.* FUCUS.

EPITH. RECENT. ālba, cāndĭda, nĭtēns.

CERVUS.

lĕvis	Ante leves ergo pascentur in æthere cervi	*Vir. in Buc.*
vivāx	Et ramosa Myson vivacis cornua cervi	*Id.*
ĭmbēllis	———quæ imbelles dant prælia cervi	*Id.* 3. *Geo.*
fŭgāx	———timidæ damæ, curvique fugaces	*Id.*
pāvēns	Vivacesque magis cervos dicit esse paventes	*Id. de Mec.*
ālĭpes	Alipedem cervum ter vincit corvus	*Id.*
ærĭpes	Æripedis quartò tulit aurea cornua cervi	*Id. de Herc.*
vēlōx	Veloces jaculo cervos, cursuque fatigat	*Id.* 5. *Æn.*
quădrŭpes	Saucius ad quadrupes nota intra tecta refugit	*Id. l.* 7.
trĕpĭdus	Aspicit hunc trepidos agitantem in retia cervos	*Ov.* 1. *Met.*
cōrnĭgĕr	Cornigeri incursum cervi, tremeretque per auras	*Luc.* 3.
păvĭdus	—sic dum pavidos formidine cervos—Claudat	*Luc. l.* 4.
tĭmĭdus	Poscunt timidi prælia cervi	*Seneca.*
cĕlĕr	Non aliter celeres Hyrcana per avia cervi	*Stat.* 6. *Th.*
	EPITH. RECENT. vŏlŭcer, cĕlĕrĭpes, ānnōsus, ăgĭlis, fŭgĭtīvus, sўlvēstris, pērnix, ērrāns, præpes, tērrĭtus, pērtērrĭtus.	

CESPES.

vĭrĭdis	Gramineam viridi foderet deceſpite terram	*Vir. in Cul.*
grāmĭnĕus	Gramineo donum Triviæ de ceſpite vellit	*Id.* 11. *Æn.*
tĕner	——————tenero ceſpite terra viret	*Ovid.*
	EPITH. RECENT. ŏdōrus, gĕlĭdus, ăgrēſtis, ŏdōrātus, mōllis, hŭmĭlis, crāſſus, hĕrbĭfer, hūmēns, hĕrbōſus, pīnguis, vĭrēns, vīvus, lĕvis.	

CETE.

ſcŏpŭlōſa	Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſaque cete	*Stat. in Ach.*
	EPITH. RECENT. grāndĭa, hŏrrĭda, ĭmmānĭa.	

CETRA.

pūgnāx	Illic pugnaces commovit Iberia cetras	*Luc. l.* 7.

CEYX, *Theſſaliæ rex, maritus Alcyones.*

Trāchīnĕus	———hunc contra plaudo Trachineus ore Talibus alloquitur	*Ov. l.* 11.
Oetæus	—violentaque ſumere tela—Rex jubat Oetæus	*Id.*
	EPITH. RECENT. fōrtis, pŏtens, māgnănĭmus, gĕnĕrōſus, lūgēndus, mĭſer, naūfrăgus.	

CHALCIS.

Eūbŏĭca	Chalcidos Euboicæ vana ſpe rapte parabas	*Luc.*
	EPITH. RECENT. ŭndōſa, cĕlebris, nōbĭlis.	

CHALYBES,

Hiſpaniæ populi, ferrum fabricandi artis peritiſſimi.

nūdi	At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus	*Vir.* 1. *Geo.*
	EPITH. RECENT. dūri, rōbūſti, fōrtes, vălĭdi, pĕrĭti.	

CHALYBS.——*Vid.* FERRUM.

vūlnĭfĭcus	Vulnificuſque Chalybs vaſta fornace liqueſcit	*Vir. l.* 8.
ſtrĭctus	Non ſtrictus domuit Chalybs	*Seneca.*
cāndēns	Non ignes, candenſque chalybs, non verbera paſſi	*Sil. l.* 1.
dūrus	Hæc ære et duri chalybes perfecta metallo	*Id. l.* 2.
lēthĭfer	—et horrida nexu—Lethifer æra chalybs	*Val. Flac.* 6.
	EPITH. RECENT. Nōrĭcus, mōrtĭfĕrum, lēthāle.	

CHAON.

Trōjānus	Progeniemque omnem Trojano a Chaone duxit	*Vir.* 3. *Æn.*
āntĭquum	In Chaos antiquum confundimur	*Ov.* 2. *Met.*
ĭnāne	Poſſidet alter aquas, alter inane Chaos	*Id.* 4. *Faſt.*
ăvĭdum	Et Chaos innumeros avidum conſumere mundos	*Luc. l.* 6.
dēfōrme	Homineſque premat deforme Chaos	*Seneca.*
atrum	Et atrum rebus induci Chaos	*Id.*
Cĭmmĕrĭum	Cimmeriumque Chaos———	*Stat.* 3. *Syl.*
trĭſte	Triſte Chaos, mœſtiſque ſitus patiere ſepulchris	*Id.*

hŏrrēndum

hŏrrēndum Horrendum Chaos oſtendens, pænaſque barathri *Val. Flac.* 2.
prŏfūndum —qualeſque profundum—Per Chaos occurrunt *Id. l.* 7.
dūrum Jam durum flexura Chaos *Claud.*

EPITH. RECENT. vĕtūſtum, īnfōrme, ōbſcūrum, vŏrāgĭnōſum, tetrum, hōrrĭfĭcum, nigrum, ūmbrōſum, lōngævum, īnſcrūtābĭle, tĕrrĭfĭcum, ōmnĭgĕnum, cœcum, vĕtus, cōnfūſum.

CHARITAS.

EPITH. RECENT. cœlēſtis, īgnĕa, vīvāx, ănĭmōſa, pătĭēns, sĕrēna, īllūſtris, bĕnīgna, bŏna, cĕlebrāta, clāra, divīna.

CHARITES.—*Vid.* GRATIÆ.

Tres Gratiæ fingunter Aglaia, Thalia, et Euphroſyne, filiæ Jovis et Eurynomes, aut Veneris et Bacchi eſſe dicuntur.

EPITH. RECENT. dūlces, blāndæ, cūltæ, lætæ, dĕcentes, grātæ, mĕmŏres, jŭvĕnes.

CHARON,

Inferorum portitor, Erebi et Noctis filius.

pōrtĭtor Portitor ille Charon, hi quos vehit unda ſepulti *Vir.* 6. *Æn.*
hŏrrēndus Portitor has horrendus aquas, et flumina ſervat *Id.*
ſquāllĭdus Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit *Ov. l.* 10.
ăvārus ——omnes expectat avarus——Portitor *Id. in Ep.*
hŏrrĭdus Et aſpectu horridus, pavidoſque manes ſquallidus geſtat ſenex *Seneca.*
dīrus Cedente turba dirus exclamat Charon *Id.*
dūrus Flumina ſervat durus ſenior navita Charon *Id.*
pāllĭdus Umbriferæque fremit ſulcator pallidus undæ *Stat.* 8. *Th.*
sĕnex Impexoſque ſenex velavit arundine crenes *Id.*
Portitor——
tĕter Jam ſedet in ripa, tetrumque novitius horret Porthmea—— *Juv. Sat.* 3.

EPITH. RECENT. Stўgĭus, Lēthæus, trīſtis, āter, ĭnēxōrābĭlis, īmmītis, fĕrōx, ſævus, trĕmēndus, vĭgĭl, Avĕrnālis.

CHARYBDIS, *gurges vorticoſus in mare Siculo.*

mĕtŭēnda —metuenda Charybdis—Pallanteſque lacus *Vir. in Cul.*
implācāta Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis *Id.* 3. *Æn.*
vāſta Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vaſta Charybdis—Profuit?—— *Id. l.* 7.
ĭrrĕquiēta Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis *Ov. l.* 13.
Zānclæa Effugit ad Syrtes, et te Zanclæa Charybdis *Ov.* 4. *Faſt.*
Pānchæa ——vel me Panchæa Charybdis—Devoret *Id.* 5. *Triſt.*

ātra

ātra ——————atra Charybdis *Luc. l.* 1.
Sanguineum fundo torſit mare
tāurŏmĭn. Taurominitanam vincunt fervore Charybdem *Id. l.* 4.
răpāx Quod rapax hauſit, removit Charybdis *Seneca.*
tōrva ——————num torva Charybdis——Fluctuet? *Stat.* 1. *Syl.*
EPITH. RECENT. dīra, ſæva, ōblātrāns, lātrāns, hŭmĭda, SĭcŭIa, mĭnāx, cōncăva, trūx, īmpācāta, naūfrăga, ſpūmōſa, hōrrĭſŏna, ſpūmans, cærŭlĕa, tērrĭbĭlis, ſcŏpŭlōſa, fĕra, tūrbĭda, prŏcēllōſa, ūndĭſŏna, ăgĭtāta.

CHARTA.——*Vid.* PAPYRUS.

dōcta et Omne ævum tribus explicare chartis *Catul.*
lăbōrĭōſa Doctis Juppiter et laborioſus
EPITH. RECENT. ālba, pŏlīta, īmmăcŭlāta.

CHASMA.——*Vid.* HIATUS.
EPITH. RECENT. hĭāns, lātum.

CHELYDRUS.—*Vid.* SERPENS.

nĭger ——et nigris exeſa chelydris—Creta *Vir.* 2. *Geo.*
grăvis Galbaneoque agitare graves nidore chelydros *Vir.* 3. *Geo.*
Mēdūſæus Inde Meduſæis terram exundaſſe chelydris *Sil. l.* 3.
EPITH. RECENT. rĭgĭdus, sĭnŭōſus, măcŭlōſus.

CHELYS.——*Vid.* CITHARA, LYRA.

Odrўsĭa Si chelyn Odryſiam pigro tranſmiſit Averno *Stat.* 3. *Syl.*
EPITH. RECENT. aūrāta, cănōra, ĕbūrna, aūrĕa, tĕnĕra, dōcta, ārgūta, Phœbæa, Apōllĭnĕa, Pĭĕrĭa, blānda, dūlcĭsŏna.

CHIMÆRA,

Lyciæ mons leonibus et ſerpentibus inhabitabilis. Inde poetæ finxerunt monſtrum eſſe ignivomum, caput et pectus leonis habens, et ventrem capræ. Hunc Bellerophontes vicit et inde habitabilem fecit.

trĭfōrmis Vix illegatum te triforme *Hor.* 1. *Car.*
Pegaſus expediet Chimæra
īgnĕa Me nec Chimæræ ſpiritus igneæ *Id. ib.*
trĕmēnda ——cecidit tremendæ Flamma Chimæræ *Id.* 4. *Car.*
EPITH. RECENT. īgnĭfĕra, LўcĭIa, fūrēns, flāmmĭvŏma, trĭplĕx, fĕra, răbĭda, ārdēns, hōrrēnda, tērrĭbĭlis, īmmānis, fĕrōx, mĕtŭēnda.

CHIRAGRA.

nōdōſa Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra *Hor.* 1. *Ep.*
lăpĭdōſa ——————ſed quum lapidoſa chiragra *Perſ.*
Fregerit articulos———

EPITH.

EPITH. RECENT. dūra, frīgĭda, fæva, mŏlēſta, ăcūta, vĭŏlēnta, āſpĕra, crūdēlis, ĭnſōmnīs, ăcērba, ĭmpōrtūna, ĭmmītis, fĕra, trīſtis.

CHIRON, *Centaurus, Saturni et Phylaræ filius; medicus peritiſſimus erat, hunc que Peleus Achilli filio præceptorem dedit.*

sēmĭvĭr	Semivir arcupotens ſubit, et capricornus aquoſus	*Vir. de Sig.*
Phillīrĭus	Flebat opemque tuam fruſtra Phillirius heros	*Ov. 2. Met.*
gĕmĭnus	Ut Saturnus equo geminum Chirona crearit	*Id. 6. Met.*
Amўthāŏn.	Hinc Amythaonius docuit, quæ plurima Chiron	*Colum.*
sēmĭfĕr	Semifer Æmonium vincebat Pelea Chiron	*Stat. 2. Syl.*
tōrvus	——et torvi commiſimus antra magiſtri	*Stat. in Ach.*
lōngævus	Longævum Chirona petit	*Id.*
dōctus	——ſpeluncaque docti——Muta ſenis	*Id.*
Thēſsălus	Theſſalus ut rigido ſenior me monte recepit	*Id.*

EPITH. RECENT. Sătūrnĭgĕna, Pēlĭăcus, bĭfōrmis, Æmŏnĭus, săgīttĭfĕr, hērbĭpōtēns, săgāx, sōlērs, prūdēns, mĕdĭcus.

CHIRURGUS.

EPITH. RECENT. sōlērs, pĕrītus, dĕxter.

CHLAMYS.

dēpĭcta	Non auro depicta Chlamys	*Val. Flac.*
Spārtāna	Spartana Chlamys, conchylea Coa	*Juv. Sat. 8.*

EPITH. RECENT. aūrāta, Sārrāna, ŏdōrāta, Tўrĭa, pūrpŭrĕa, rŭbēns, cōccĭnĕa, pĭcta, pūlchra, præclāra, ſplēndĭda, mīlĭtāris, bēllĭca.

CHLORIS, *uxor Zephyri, et dea florum.—Vid.* FLORA.

Zĕphўrĭtis	His tum mulcebat dominam Zephiritida dictis	*Id.*
cāndĭda	Lampſacidæ flores, candida Chlori, tibi	*Claud.*

EPITH. RECENT. vērna, pūlchra, flōrĭda.

CHORDA.

tĕnŭis	Non arguta ſonant tenui Pſalterica chorda	*Vir. in Cir.*
vōcālis	Nunc te vocales impellere pollice chordas	*Tib. l. 2.*
tĭnnŭla	Tinnulas plectro feriente chordas	*Seneca.*
lĕvis	Luxuriante levis impellis pollice chordas	*Claud.*

EPITH. RECENT. sŏnōra, quĕrŭla, rĕsŏna, Phœbæa, Apōllĭnĕa, Aonĭa, Pĭĕrĭa, grāta, jūcūnda, dūlcis, lŏquāx, sŏnāns, rĕsŏnāns.

CHOREA.

lūdēns	——et celebrare deum ludente chorea	*Vir. in Cul.*
fēſta	Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxêre choreas	*Ov. l. 8.*
pērnix	Cum pueri circum puerum pernice chorea	*Lucr. l. 2.*
mōllis	Et mollis dare juſſa quod choreas	*Mart. l. 1.*

cāntātrix

cāntātrix Implorat citharas, cantatriceſque choreas *Claud.*
EPITH. RECENT. lĕpĭda, sŏcĭa, grāta, dūlcis, læta, plăcĭda, lĕvis, făcĭlis, hŭlăris, ăgĭlis, blānda, rĕvŏlūta, sāltāns, pŭellāris.

CHORUS.

cănōrus Forſitan exſpectes, ut Gaditana canoro *Juv. Sat.* 11.
Incipiat prurire choro
EPITH. RECENT. ſacrĭfĭcus, dūlcĭcănēns, ălăcer.

CHRISTUS, *redemptor noſter.*
EPITH. RECENT. sălūtĭfĕr, ūnĭgĕna, ūnctus, săcer, pŏtēns, ōmnĭpŏtēns, bŏnus, ætērnus, bĕnīgnus, sălūtāris, trĭŭmphēns, clāmēns, vīnctus, ōccīsus, plācābĭlis, mūnĭfĭcus.

CHRISTIANI.
EPITH. RECENT. fĭdēles, sāncti, sŏcĭi, ūnănĭmes, ĭngĕnŭi, ĭncōrrŭpti, cōnſtāntes, ſtăbĭles, sincēri, rēlĭgĭōſi, firmāti, ĭntĕmĕrāti.

CHRONICA.—*Vid.* ANNALES.

CHRYSOLITHUS.—*Vid.* GEMMA.

flāvus Quoſque dedit flavos lumine chryſolithos *Propert.* 1.
EPITH. RECENT. flāvēſcēns, aūrĕus, rŭtĭlāns, rŭtĭlus, ſplēndĭdus, mĭcāns, crŏcĕus.

CIBARIA. — *Vid.* CIBUS.

CIBOREA.—*Vid.* POCULUM.

læve Oblivioſo lævia Maſſico——Ciborea exple *Hor.* 2. *Car.*

CIBUS.

ūtĭlis ——— non hic cibus utilis ægro *Ov. de Triſt.*
cōndĭtīvus Conditivis cibis ſuſtinendæ ſunt *Colum.*
cōndĭtĭtĭus Duobus aut tribus menſibus acceptant condi- *Id.*
titia cibaria
EPITH. RECENT. mītis, ſuăvis, laūtus, săpĭdus, nēctărĕus, dūlcis, grātus, ŏpīmus, pārcus, vĕtus, mēndĭcātus.

CICADA.

raūca At mecum raucis tua dum veſtigia luſtro *Vir. in Buc.*
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis
quĕrŭla Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ *Id.* 3. *Geo.*
ārgūta Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis *Id. in Cul.*
EPITH. RECENT. æſtīva, crĕpĭtāns, raūcĭsŏna, vŏcālis, ſtrīdēns, rēsŏnāns, grăcĭlis, dūlcis, cāmpēſtris, ăgrēſtis, ēxĭlis, gārrŭla, ſtrīdŭla, lĕvis, văga.

CICATRIX.

fæda ——————aſt illi fœda cicatrix *Hor. 1. Sat.*
Setoſam levi frontem turpaverat oris
EPITH. RECENT. sūblūrĭda, ſquāllĭda, vūlnĕrāta, mārcĭda, vĕtus, tūrpis, dĕfōrmis.

CICERO,

Orator et Philoſophus inſignis; pater patriæ, quam a conjuratione Catilinaria liberaverat, vocatus eſt.

dĭsĕrtus Diſertiſſime Romuli nepotum *Catull.*
făcūndus Jugera facundi qui Ciceronis habet *Mart.*
EPITH. RECENT. cōnsŭlāris, dīvīnus, dōctus, māgnus, ēlŏquēns, Rōmānus, mēllĭtus, mēllĭflŭus, aūdāx, sūbtĭlis, pŏtēns, fūlmĭnĕus, tŏnāns, cōncĭnnus, īngĕnĭōſus, mīrāndus, clārus, vērbōſus, flĕxănĭmus, ĭnsīgnis, īllūſtris, sōlērs, săgāx.

CICONIA.

EPITH. RECENT. grăcĭlis, pĭa, ālba, hōſpĭta.

CICUTA.

frăgĭlis Hac te nos fragile donabimus ante cicuta *Vir. in Buc.*
vĭrĭdis Coxerat æra cavo, viridi verſata cicuta *Ov. 4. Met.*
mœſta Mandragoræ pariat flores, mœſtamque cicutam *Colum.*
căva Agreſtes docuere cavas inflare cicutas *Luc. l. 5.*
ſæva Qui partem acceptæ ſævæ inter vincla cicutæ *Juv. Sat. 13.*
EPITH. RECENT. gĕlĭda, dīra, frīgĭda, lēthĭfĕra, lēthālis, vĕnēnōſa, vĕnēnĭfĕra, frīgēns, fūnēſta, mōrtĭfĕra, trĭſtis, ālgĭda, hōrrēnda, tōrpēns, ēxĭtĭōſa, ēxĭtĭālis, nōxĭa, ĭmmĕdĭcābĭlis, glăcĭālis.

CILICES, *Ciliciæ incolæ.*

fĕri Sed Scythiam, Cilicaſque feros, virideſque Britannos *Ov. 2. El.*
ĭntōnſi Frigidus intonſos taurus arat Cilices *Tibul. l. 1.*
văgi Poſt Cilicaſque vagos, et laſſi Pontica regis *Luc. l. 1.*
EPITH. RECENT. ĭmmānes, ĭmmītes, crŏcĕi, fĕrōces, hĭſpĭdi, ſquāllĭdi.

CILIUM.

nīgrum Flexaque ſuper nigra cilia *Corn. Gall.*
EPITH. RECENT. sĕvērum, ĭmpĕrĭōſum, atrōx, tĕrrĭfĭcum.

CIMBRI, *Germaniæ populi.*

tĕrrĭbĭles Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam *Juv. Sat. 15.*
fŭrēntes Nos primi Senonum motus, Cimbrumque furentem——Vidimus *Luc. l. 1.*
EPITH. RECENT. bĭbāces, bĕllĭsŏni, fŭrĭbūndi, fōrtes, bĕllĭgĕri, Arctōi.

CIMMERII,

CIMMERII,
Populi Scythici, perpetua abundantes caligine.

EPITH. RECENT. lātebrōſi, frīgĭdi, gĕlĭdi, ālgēntes, ālgĭdi, Hўbērbŏrĕi, Arctōi, tĕnebrōſi.

CINÆDUS.

ĭmprŏbus	Pulchrè convenit improbis Cinædis	*Catull.*
ŏbſcœnus	Obſcœnos poſtquam cæpit curare cinædos	*Mart. l.* 1.
sēcrētus	Secreto mea Polla cum cinædo	*Id. l.* 10.

EPITH. RECENT. mălus, sēmĭvir, ĭmpūrus, pĕtŭlāns, prōcāx, prŏtērvus, ĭmpŭdēns.

CINGULA, *vel* CINGULUM.

nŏva	Ut nova velocem cingula lædat equum	*Ov. Rem. Am.*

EPITH. RECENT. aūrĕum, aūrātum, prĕtĭōſum, pĭctum, fūlgēns, lĕve, hăbĭle.

CINIS.

āter	Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat	*Vir. Æn.* 4.
ĭngrātus	——et cineri ingrato ſuprema ferebant	*Id.* 6. *Æn.*
ĕxĭgŭus	Vos cinis exiguus, gelidæque jacebitis umbræ?	*Ov. l.* 8.
mūtus	Et mutum nequicquam alloquitur cenerem	*Catul.*
fūmāns	Fumantes juvenum cineres, ardentiaque oſſa	*Luc. l.* 6.
fĕrvĭdus	Sparſitque cinis fervidus ora	*Seneca.*
fĕrvēns	Ferventibus cineribus cogitur inſiſtere	*Colum.*

EPITH. RECENT. vērmĭfĕr, ădūſtus, tĕpĭdus, ĭmmūndus, tĕnŭis, lĕvis, sĕpūlchrālis, trĭſtis, săcer.

CINNAMOMUM, *vel* CINNAMUM.

EPITH. RECENT. ŏdōrum, rĕdōlēns, ărōmătĭcum, ŏdōrātum, ŏdōrĭfĕrum, grātum, frāgrāns, ſpīrāns, ōlēns, ſuāve, dūlce, jūcūndum, ămœnum.

CIRCE, *filia Solis et Perſes nymphæ.*

Ææa	Infernique lacus, Ææaque inſula Circes	*Vir.* 3. *Æn.*
Dædăla	——quos Dædala Circe Suppoſita de matre nothos furata creavit	*Id. l.* 7.
vitrĕa	Penelopen, vitreamque Circen	*Hor.* 1. *Car.*
mĕrĕtrix	Sub domina meretrice fuiſſet turpis et excors	*Id.* 1. *Ep.*
Tītānis	Prodigioſa petit Titanidos atria Circes	*Ov. l.* 13.
Tītānia	Ancipiteſque vias et iter Titania vaſtum Duxerat——	*Id. l.* 14.
vĕnēfĭca	Aut te trajectis Ææa venefica rames	*Id.* 3. *El.*
dōcta	Solum nec doctæ verterunt pocula Circes	*Tibul. l.* 4.
măgĭca	Deſpectus magicæ petit impia carmina Circes	*Stat.* 3. *Syl.*
cāllĭda	Quas legit Medea ferox, quas callida Circe	*Claud.*

EPITH. RECENT. Phæbēĭa, īnsĭdĭōsa, pūlchra.

CIRCUITUS.—*Vid.* ORBIS, CIRCULUS.

flēxus ——et molles aditus per devia flexo *Sil. l.* 4.
Circuitu petit——
EPITH. RECENT. ōblīquus, tōrtĭlis.

CIRCULUS.

flēxĭlis Flexilis obtorti per collum it circulus auri *Vir.* 5. *Æn.*
EPITH. RECENT. ōblīquus, tōrtĭlis, rŏtūndus.

CIRCUS.

cĕlĕber Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum *Ov.* 4. *Fast.*
căpāx Multa capax populi commoda circus habet *Id.* 1. *de Ar.*
pūlvĕrĕus Pulverei venit in ſpatia horridi circi *Stat.* 6. *Th.*
răpĭdus ——nec aut rapidi mulcent te prælia circi *Id.* 3. *Syl.*
clāmōſus Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria circi *Mart. l.* 10.
raūcus Fervet et exultat rauco victoria circo *Juv.*
EPITH. RECENT. thĕātrālis, ōblīquus, cūrvus, sīgnĭfĕr, māgnĭfĭcus, fēſtus, ăpērtus, pătēns, ſpătĭōſus.

CIRIS.

Sic vocata eſt Scylla Niſi filia.—Vid. SCYLLA.

CISTA.

căva Pars obſcura cavis celebrabant Orgia ciſtis *Catul.*
vĕtus Namque vetus Græcos ſervabat ciſta libellos *Juv. Sat.* 3.
EPITH. RECENT. tēxta, vīmĭnĕa, cōncăva, căpāx, āmpla, pătŭla, claūſa, līgnĕa, pīcta.

CITHÆRON.—*Vid.* CYTHERON.

CITHARA.

aūrāta ——cithara crinitus Iopas—Perſonat aurata *Vir.* 3. *Æn.*
Thrēĭcĭa Threicia fretus cithara fidibuſque canoris *Id. l.* 6.
īmbēllis Imbelli cithara carmina divides *Hor.* 1. *Car.*
sŏnōra Tunc ego nec cithara poteram gaudere ſonora *Tibul.*
sŏnāns ——digitoſque ſonanti——Infigit citharæ *Stat. in Ach.*
Pĭĕrĭa Quam Pieria reſonans cithara Thracius Orpheus *Seneca.*
EPITH. RECENT. Thrācĭa, căva, hŏnōra, bĭcōrnis, Aŏnĭa, rēsŏnāns, dūlcis, cănōra, Mænălĭa, ĕbūrna, blānda, vŏcālis, Lēſbĭăca, dĕcēns, aūrĕa, ārgŭta, Bĭſtŏnĭa, Dēlĭăca, mōllis, fūlgēns.

CITHARISTA.——*Vid.* CITHARÆDUS.

CITHARÆDUS.

EPITH. RECENT. īnsīgnis, blāndus, lætus, dūlcĭsŏnus, Phæbēus, Apōllĭnĕus, mūlcēns, Aŏnĭus, Pĭĕrĭus.

CITRUS.

Maūrūsĭăca	Et Mauruſiaci pondera rara citri	*Mart. l.* 12.
	EPITH. RECENT. Aphrŏdīsĕa, Cўthĕrēĭa, Adōnĭa, frōndōſa, ŏdōrāta, Atlāntĭca, bārbăra.	

CITYSUS.

flōrēns	Florentem cityſum et ſalices carpetis amaras	*Vir. in Buc.*
tĕnŭis	Nec tenues cityſi, cultaque pinus abeſt	*Ov.* 3. *de Art.*
vĭrĭdis	Itaque fœtæ cityſus viridis præbetur	*Colum.*
ăgrēſtis	Ea ſunt, arbutus cityſuſque agreſtis	*Id.*

CIVIS.

fēſſus	At feſſi tandem cives infanda furentem	*Vir.* 8. *Æn.*
	Armati circumſiſtunt	
	EPITH. RECENT. clārus, nōbĭlis, āntīquus, īnsīgnis, cĕlĕber.	

CIVITAS.——*Vid.* URBS.

EPITH. RECENT. clāra, pūlchra, āntīqua, sŭpĕrba, pŏtēns, bēllĭca, mūnīta, sēcūra, īmpăvĭda, ĭnāccēſſa.

CLADES.

tetra	Ereptis tetris e cladibus	*Vir. in Cul.*
trĭſtis	————quum clade exterrita triſte	*Id. in Cir.*
	Intonſos multo deturpat pulvere crines	
bĕllĭca	Aut cœli terræque lues aut bellica clades	*Luc. l.* 4.
mōrtĭfĕra	Mortiferam poſſis cladem conflare coorta	*Luc. l.* 6.
ſæva	Sævæ cladis auctorem indica	*Seneca.*
fūnēſta	Clade funeſta occidat	*Id.*
āſpĕra	Ne metue clades fortiter fari aſperas	*Id.*
ăcērba	Numina pugnaſtis nobis, hæc cladis acerbæ	*Sil. l.* 6.
ĭnīqua	Spectator cladis iniquæ	*Id. l.* 14.
	EPITH. RECENT. crŭcĭābĭlis, pērnĭcĭōſa, mĭsĕra, crŭēnta, lētĭfĕra, atra, sānguĭnĕa, crūdēlis, nĕfānda, hōrrēns, hōſtĭlis, ămāra, hōrrĭbĭlis, lūctĭfĭca.	

CLAMOR.

māgnus	Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem	*Vir.* 4. *Geo.*
fæmĭnĕus	Fæmineum clamorem ad cœli ſidera tollunt	*Id.* 11. *Æn.*
dĭſſŏnus	————furit undique clamor—Diſſonus	*Stat.* 6. *Th.*
hōrrēndus	Clamorem horrendum luctu furiata reſolvit	*Id. l.* 7.
răbĭdus	Meque ſequebatur rabido clamore repoſcens	*Id. l.* 8.
	EPITH. RECENT. flēbĭlis, hōrrĭſŏnus, tērrĭfĭcus, īngēns, lætus, cōnfūſus, tērrĭbĭlis, frĕmēns. pŏpŭlāris, quĕrŭlus, īnsānus, īnsŏlēns, īnsŏlĭtus, mŏlēſtus, rĕsŏnāns, ēmĭſſus, tūrbĭdus, mŭlĭēbris, raūcus, sŭbĭtus, rĕpĕtītus, ĭtĕrātus, ĭnānis, trĭūmphālis.	

CLANGOR.

māgnus	——magnis quatiunt clangoribus alas	*Vir.* 3. *Æn.*
lūctĭfĭcus	At tu luctificis pulſas clangoribus urbem	*Stat. l.* 10.
raūcus	——et raucus ſtridenti murmure clangor	*Sil. l.* 16.
ſævus	Quum mihi Tartareas ſævo clangore volucres	*Val. Flac.* 4.
Mārtĭus	Martius hic primum ter vomere fuſus ab ipſo Clangor——	
tĕrrĭfĭcus	Quum tuba terrifico ſtridens clangore	*Juv.*

EPITH. RECENT. rĕsŏnāns, ærĭsŏnus, hōrrĭsŏnus, trĕmŭlus, mĭnāx, crēber, hōrrēndus, sŏnāns, ſtrīdēns, frĕmēns, trĭſtis, Māvōrtĭus, bēllĭcus, hōrrēns, hōrrĭdus.

CLARITAS.—*Vid.* SPLENDOR, HONOR.

CLAROS,

Ioniæ civitas, eſt etiam ejuſdem nominis inſula in mari Ægeo.

EPITH. RECENT. Phœbēa, Apōllĭnĕa, Dēlĭa, fācūnda.

CLASSICUM.

trūx	Non excitatur claſſico miles truci	*Hor. in Ep.*
Mārtĭam	Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent	*Tib. l.* 1.
fĕrāle	Increpuêre ſimul feralia claſſica ſignum	*Sil. l.* 5.

EPITH. RECENT. tūrbĭdum, pērfĭdum, fĕrum, Māvōrtĭum.

CLASSIS.

cĭta	——fertur cita gurgite claſſis	*Vir.* 5. *Æn.*
ærāta	In medio claſſis æratas, Actia bella	*Id.* 8. *Æn.*
vŏlucris	——volucri freta claſſi pecerrat	*Ov. l.* 7.
prŏfŭga	——averſos profuga de claſſi reduxi	*Id. l.* 13.
lūnāta	——lunata claſſe recedunt	*Luc. l.* 3.
păvĭda	Invenit et pavidas hyberno ſidere claſſes	*Id. l.* 5.
flūmĭnĕa	Flumineam texit, qua tranſvehat agmina claſſem	*Sil. l.* 4.
cūrvāta	At ſimili curvata ſinu diverſa ruebat—Claſſis	*Id. l.* 14.

EPITH. RECENT. vēlĭvŏla, rōſtrāta, nūtāns, æquŏrĕa, fŭgāx, ārmāta, quāſsāta, dēnſa, Mārtĭa, flūctĭvăga, bēllĭca.

CLATHRUS, *ſeu* CLATHRUM.—*Vid.* CLAUSTRUM, SEPTUM.

CLAVA.

tŏrōſa	Clava toroſa tibi pariter cum pelle jacebat	*Vir.*
dŏmĭtrix	Inſtruxitque manum clava domitrice ferarum	*Ov. in Ep.*
trĭnōdis	Oſſa mie fratres clava perfracta trinodi	*Ovid.*
grăvis	Ipſa capit clavamque gravem, ſpoliumque leones	*Id. l.* 2. *Faſt.*
Hĕrcŭlĕa	Quis facta Herculeæ non andit fortia clavæ	*Prop. l.* 4.
nōdōſa	Pinea nodoſa quaſſabat robora clava	*Stat.* 2. *Th.*
īrrāſa	Aptabat dextris irraſa robora clavæ	*Sil. l.* 8.

EPITH.

EPITH. RECENT. trăbālis, fērrāta, dūra, trĕmēnda, hōrrēnda, crūenta, lēthĭfĕra, rĕcūrva, īmmītis, vūlnĭfĭca, pōndĕrōſa.

CLAVICULA.—*Vid.* VITIS.

CLAVICULUS.—*Vid.* CLAVUS.

CLAVIS.

EPITH. RECENT. fērrĕa, ærāta, ſtrīdens, ăhēnĕa, ærĕa.

CLAUSTRUM.

ĭnĕxpūgn.	Clauſtriſque illis inexpugnabilibus ſuper Aoum amnem abiit	*Livius.*
fĕrrĕum	Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera	*Mart. l.* 10.

EPITH. RECENT. tĕnāx, ænĕum, ſĭlēns, ōbſcūrum, ſtrīctum, ſtrīdēns, ōbſtāns, rēlĭgiōſum, quiētum.

CLAVUS (*ferreus.*)

ădămāntĭn.	——————ſi fugit adamantinos	*Hor.* 3. *Car.*
	Summis verticibus dira neceſſitas—Clavos	
fĕrrĕus	Alii capita cum clavis ferreis ſubjiciunt	*Colum.*

EPITH. RECENT. ænĕus, ærĕus, ăcūtus, hōrrĭdus, trăbālis, dūrus, vălĭdus, firmus, ăhēnus.

CLAVUS (*navis.*)

EPITH. RECENT. firmus, fīdus, naūtĭcus, pēndēns, flĕxĭlis, flŭĭtāns, lĕvis, fŭgāx.

CLEMENTIA.

mītis	——mitis poſuit clementia ſedem	*Mart. l.* 12.

EPITH. RECENT. cōmis, bĕnīgna, făcĭlis, hūmāna, pācĭfĭca, æqua, grāta, rēgĭa.

CLEONÆ, *urbs.*

hŭmĭlĭs	——humileſque Cleonæ——Et Nelia Pylos	*Ov.* 6. *Met.*
tūrrĭtæ	Neris et ingenti turritæ mole Cleonæ	*Stat.* 4. *Th.*

CLEOPATRA,

Ægypti regina, quam Cæſar amavit, et deinde Antonius uxorem duxit.

Ægўptĭa	——ſequiturque (nefas) Ægyptia conjux	*Vir. l.* 8.
mĕrĕtrīx	Scilicet inceſti meretrix regina Canopi	*Prop. l.* 3.
īncēſta	Barbarus inceſtæ dedit hunc Agrippa ſorori	*Juv. Sat.* 9.
Actĭas	Actias Auſonias fugit Cleopatra carenas	*Stat.* 3. *Syl.*

EPITH. RECENT. Ptŏlĕmāis, fĕrōx, ſcĕlĕrāta, Phărĭa, fōrmōſa, pūlchra, aūdāx, nĕfānda.

CLEPSYDRA.

vĕra	Clepſydra mentitur veriſſima, nempe foramen	*Ovid.*

CLIENS.

quĕrŭlus	Miſſa nec a querulo mappa cliente fuit	*Mart. l.* 4.
sōrdĭdus	Quam fert cum parvo ſordidus aſſe cliens	*Id. l.* 8.

mātūtīnus

mātūtīnus	Matutine cliens urbis mihi cauſa relictæ	*Id. l.* 12.
	EPITH. RECENT. sōllĭcĭtus, mĭser, āſsĭdŭus.	

CLIVUS.

mŏllis	——— mollique jugum demittere clivo	*Vir. in Buc.*
lĕvis	Levis e tergo clivus erat in aciem et aſtra	*Liv.*
præcĕps	Ut præcipitibus clivis, &c.	*Col.*
ŏpācus	Opaco et Septentrionali clivo lætatur	*Id.*
săxōſus	Ardua ſaxoſo perducit ſemita clivo	*Sil. l.* 15.
	EPITH. RECENT. tĕres, pēndēns, vĭrĭdis, mōllis, hērbĭdus, grāmĭnĕus, vĭrens, mōntānus, ſcŏpŭlōſus, ămœnus, incūltus, pătens, frōndōſus.	

CLOACA.

ſtrūctĭlis	Dextraque et ſiniſtra ſtructiles cloacæ fiant	*Vitruv.*
immūnda	Immundis quæcunque vomit latrina cloacis	*Colum.*
	EPITH. RECENT. putrĭfĭca, fœda, ŏlĭda, sōrdĭda, tūrpis.	

CLŒLIA,

Romana illuſtris, quæ cum Porſennæ, regis Etruriæ, obſes data eſſet, noctu Tiberim tranſnatavit.

EPITH. RECENT. fōrtis, aūdāx, nōbĭlis.

CLOTHO, *Parcarum una.—Vid.* PARCÆ.

fĕrrĕa	Quid bonus ille Deum ſtatuit, quid ferrea Clotho	*Stat.* 3. *Th.*
grāndæva	Utinam antè mānu grandæva ſua mea rupiſſet ſtamina Clotho	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. ĭmprŏba, fæva, sēdŭla, immitis.	

CLUNES.

rŏtūndi	Clunibus rotundis, cruribus compactis	*Colum.*
trĕmŭli	Ad terram tremulo deſcendant clunæ puellæ	*Juv. Sat.* 11.

CLYPEUS.

lævis	Pars læves clypeos, et ſpicula lucida tergent	*Vir. l.* 7.
fŭlgēns	————ſubit oras haſta per imas Fulgentis clypei——	*Id. l.* 11.
hăbĭlis	Poſtquam habilis lateri clypeus, loricaque tergo eſt	*Id. l.* 12.
sēptēmplex	Loricæ et clypei extremos ſeptemplicis orbes	*Id.*
ænĕus	Ex eoque clypeum æneum catenis pendeat	*Vitruv.*
ārdēns	—— ergo nec ardentes clypeos vectare	*Stat.* 4. *Th.*
pŭlcher	Qui pulcher ſignis, auroque aſperrimus ardet	*Stat. in Ach.*
ærĕus	——— hinc clypeus ſonat æreus haſtis	*Sil. l.* 1.
tĕrrĭbĭlis	Terribilem oſtentans clypeum——	*Id. l.* 17.
cōrŭſcāns	Ille coruſcanti clypeo te ſæpe volantem Suſtulit———	*Claud.*

EPITH.

EPITH. RECENT. ăhēnus, ærātus, dūrus, căvus, crūēntus, dīrus, ſplēndĭdus, cūrvātus, rŭtĭlāns, nĭtēns, cōrūſcus.

CLYTEMNESTRA,

Agamemnonis uxor, quæ una cum Ægyſtho adultero, maritum occidit.

crūēnta — Adeat cruenta conjugis victrix ſui — *Seneca.*

fæva — Corripit, et ſævæ fevit agmina matris Oreſtes — *Val. Fl. 7.*

EPITH. RECENT. fōrmōſa, pērfĭda, ſcĕlĕrāta, ădūltĕra.

COCCINUM.—*Vid.* PURPURA.

COCCUS *et* COCCUM.—*Vid.* PURPURA.

sănguĭnĕus — Horridà ſanguineo pinguntur prælia cocco — *Vir. in Cir.*

rŭber — ——— rubro ubi cocco — *Hor. 2. Ser.*

Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos

EPITH. RECENT. ārdēns, pŭrpŭreus, rŭbēns, rōsĕus.

COCHLEA.

cūrva — Curvarum domus unda cochlearum — *Sta. 4. Syl.*

EPITH. RECENT. flŭvĭālis, rēptĭlis, nēxĭlis.

COCTANA.

pārva — Parvaque cum canis venerunt coctana prunis — *Mart. l. 7.*

COCYTUS, *inferorum fluvius.*

āter — Viſendus ater flumine languido—Cocytus — *Hor. 2. Car.*

ĭnāmœnus — ———inamœnum forte ſedebat — *Stat. 1. Th.*

Cocytum juxta———

ĭnērs — Palus inertis fœda Cocyti jacet — *Seneca.*

EPITH. RECENT. nĭger, pălūſter, Tārtărĕus, īmus, prŏfūndus, mœſtus, dūrus, lānguĭdus.

CŒLUM.

āltum — Jam nova progenies cœlo demittitur alto — *Vir. in Buc.*

prŏfūndum — Terraſque tractus maris, cœlumque profundum — *Id.*

cēlſum — Tum liber celſi venit per ſidera cœli — *Id. in Æt.*

nĭtĭdum — Et nitidum obſcura cœlum caligine torquet — *Id.*

sīdĕrĕum — Infecit et cœlum lutea ſidereum — *Id. de or. Sol.*

ſtīllāns — Aurea nunc ſolio ſtellantia regia cœli — *Id. l. 7.*

lĭquĭdum — Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab æthere cœlum — *Ov. 1. Met.*

cōnvĕxum — Ignea convexi vis et ſine pondĕre cœli — *Id.*

fūlgēns — Hæc ſuper impoſita ut cœli fulgentis imago — *Id. 2. Met.*

īgnĭfĕrum — Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe — *Id.*

pēndēns — Membraque pendentes tendunt ad ſidera cœli — *Id. l. 7.*

cœrŭlĕum — Jamque ubi cœruleum variabant ſidera cœlum — *Id. 3. Faſt.*

sūblīme — Jamque tibi Pollux cœlum ſublime patebat — *Id. 5. Faſt.*

cŏlōrātum — Quale coloratum Tithone conjuge cœlum — *Id. 2. El.*

librātum — librati pondera cœli—Orbe tenet medio *Luc. l.* 1.
pūrum In faciem puri redeunt languentia cœli *Id. l.* 2.
vŏlūbĭle Quod non cura poli cœlique volubilis— *Id. l.* 6.
signĭfĕrum Signifero quæcunque fluunt labentia cœlo *Id. l.* 8.
māgnum Intentuſque tulit magni per inania cœli *Id. l.* 9.
pūnĭcĕum Sed nec puniceo rediturum nubila cœlo *Stat.* 1. *Th.*
flāmmĭgĕr. Dum me flammigeri portabit machina cœli *Id.* 3. *Syl.*
stēllĭfĕrum Ut qui ſtellifero ſpeculatur ſidera cœlo *Sil. l.* 2.
īllūſtre Quem Venus illuſtri gaudet producere cœlo *Val. Flac.* 6.
plŭvĭum Quibus cœlum pluvium inimicum *Varro.*

EPITH. RECENT. ſplēndĭdum, rĕfŭlgēns, pĭctum, ālтĭsŏnum, āſtrĭfĕrum, ăpērtum, vărĭābĭle, bĕātum, pūlchrum, flāmmĭfĕrum, rŭtĭlum, ōblīquum, cŏrūſcum, ārdŭum, gēmmĕum, æthĕrĕum, īncūrvum, pĭctūrātum, nīmbōſum.

CŒNA.

dŭbĭa ——— vides ut pallidus omnes *Hor.* 2. *Sat.*
Cœna deſurgat dubia
sūmptŭōſa Dum ſumptuoſa appeto, dedit cœnas *Catul.*
laūta Cum quibus et vobis lautam Proſerpina cœnam *Mart.*
gĕnĭālis Ergo voluptatem cœnæ genialis honeſtam *Id.*
lŭxŭrĭōſa Hæc olim noſtri jam luxurioſa ſenatus *Juv. Sat.* 11.
Cœna fuit———
EPITH. RECENT. Sălĭāris, ŏpĭpăra, cōncīna, mōllis, nŏctūrna, sēra, ōpīma.

CŒNACULUM.

EPITH. RECENT. sŭpērbum, māgnĭfĭcum, pĭctum.

CŒNUM.

crāſſum Et craſſo Figuli polita cœno *Mart. l.* 1.
tĕnāx Per vada reptabat cœno ſubnixa tenaci *Claud.*
EPITH. RECENT. vĭrĭdāns, grăvĕŏlēns, ŏlēns, ŏlĭdum, lŭtŭlēntum, pălūſtre, sōrdĭdum, ĭnfĕctum.

CŒTUS.—*Vid.* TURBA.

ætus ———lætoque complêrant litore cœtu *Vir.* 5. *Æn.*
EPITH. RECENT. vŭlgāris, nŭmĕrōſus, ĭnnŭmĕrus, cĭrcūmſtāns, cĭrcūmvăllāns.

COGITATIO.

vĭgĭlāns Inerant in utriuſque noſtrum animis vigilantium cogitationum veſtigia *Cicero.*
tăcĭta Ut cogitatione tacita a ſolitudine abſtrahamur *Id.*
EPITH. RECENT. pĕrvĭgil, vĭgil.



COGNA-

COGNATIO.

chāra Chara daret ſolenne tibi cognatio munus *Mart.*
EPITH. RECENT. ămīca, sŏcĭa.

COGNITIO.

EPITH. RECENT. cērta, vēra, dŭbĭa, fāllāx, clāra.

COGNOMEN.—*Vid.* NOMEN.

EPITH. RECENT. clārum, āntīquum, ōbſcūrum, hŭmīle, nŏvum.

COHÆRES.—*Vid.* HÆRES.

COHORS.

ārmāta Aliquot validas cohortes in caſtris armatas inſtructaſque reliquerant *Liv.*
ālārĭa Cum legione prima et viginti cohortibus alariis *Id.*
bēllātrix ——————jam ſole rubentibus arvis *Stat. 6. Th.*
Bellatrix ſedere cohors——
tŭmĭda ——————tumidas frangebant dicta cohortes *Id. 6. 7.*
fŭrĭāta Sed furiata cohors, auſiſque accenſa ſuperbis *Sil. l. 5.*
ārmĭgĕra Natorum armigeram pugnas tractare cohortem *Id. l. 10.*
prōcēra Proceræ ſtabant Celtarum ſigna cohortes *Id. l. 15.*
lĕgĭōnārĭa Prohibeat per Craſſum cum cohortibus legionariis, &c.
pīlātā Et pilata redit, jamque ſubitque cohors *Mart.*
EPITH. RECENT. vălĭda, ærāta, phăretrĭgĕra, nŭmĕrōſa, ārmĭsŏna, mĭnāx, săgittĭfĕra.

COLAPHUS.

EPITH. RECENT. grăvis, dūrus, sŏnōrus, ăcērbus, vĭŏlēntus, vălĭdus.

COLCHI, *Colchidis incolæ.*

Phrўxæi Tu quoque Phryxæos remo Pæantie Colchos *Val. Flac. 1.*
trūces ——quatiuntque truces oracula Colchos *Id.*
ſævi ——ſævi capiunt quæ gaudia Colchi? *Id. l. 3.*
Acæi Aſpicit Acæa Mynias ſtupefactus ab urbe *Id. l. 5.*
īmpĭi Et impiorum phaſeani Colchorum *Mart. l. 3.*
EPITH. RECENT. fĕrōces, ālgēntes, vēnēfĭci.

COLCHIS, *Aſiæ regio, juxta Pontum.*

hoſpes Vos etiam ſylvæ, vos Colchidis hoſpitis oræ *Virg.*
EPITH. RECENT. īmpĭa, vēnēfĭca, vēnēnōſa.

COLLARE.—*Vid.* TORQUIS.

COLLICULUS.—*Vid.* COLLIS.

COLLIS.

āprĭcus Duceret apricis in collibus uva colorem *Vir. in Buc.*
sŭpīnus Sin tumulis acclive ſolum colleſque ſupinos *Vir. 2. Geo.*

pătŭlus	Lurida qua patulos velabant gramina colles	*Id. in Cul.*
cūrvus	——quem collibus undique curvis Cingebant ſylvæ	*Id. 5. Æn.*
ūmbrōſus	Colle ſub umbroſo, quem tenet altus Eryx	*Ov. 2. Art.*
hērbĭfĕr	Herbiferos adiit colles atque atria Glaucus	*Id. l. 4.*
fœcūndus	Utque novas legeret fœcundis collibus herbas	*Id.*
dūmōſus	Ac ſi dumoſis poſiti ſunt collibus horti	*Colum.*
cēlſus	—tellus hinc ardua celſos—Continuat colles	*Luc. l. 4.*
ſpătĭōſus	At liber terræ ſpatioſis collibus hoſtis	*Id. l. 9.*
vĭrĭdis	Et velut in viridi candor conſiſtere colle	*Luc. l. 2.*
lătebrōſus	Excitet et Tyrius latebroſis collibus Aſtur	*Sil. l. 5.*
ſcŏpŭlōſus	Qua nemoroſa juga, et ſcopuloſi vertice collis	*Id. l. 7.*
frōndōſus	Frondoſi collis latebras, et ſaxa capeſſit	
	EPITH. RECENT. sălebrōſus, ābrūptus, nĕmŏrōſus, ăcclīvus, ŏlīvĭfĕr, flōrēns, vĭrĭdēns, cēdrĭfĕr, vitĭfĕr, tŭmĭdus, āĕrĭus, Bācchĭus, vĭrēns, frūgĭfĕr, cŏlōrātus, vērnus, tŭmŭlōſus.	

COLLOQUIUM.

EPITH. RECENT. mīte, blāndum, dūlce, grātum, jūcūndum, bĕnīgnum, ōptātum, hŏnēſtum, mūtŭum.

COLLUM.

nĭvĕum	Non niveo retinens baccata monilia collo	*Vir. in Cir.*
ĕbūrnĕum	——impubeſque genas et eburnea colla	*Ov. 3. Met.*
cāndĭdum	Candida divina colla tegenti coma	*Id. 1. El.*
tĕres	Ut vera teriti demiſit nebrida collo	*Stat. in Ach.*
cērōmătĭc.	Et ceromatico fert niceteria collo	*Juv. Sat. 3.*
tŭmĭdum	Luxerient tumido gemmata monilia collo	*Claud.*
	EPITH. RECENT. cŏlūmbĭnum, ārgēntĕum, tĕnĕrum, fōrmōſum, ālbēns, ārdēns, nĭvāle, lāctĕum, ĕbūrnum.	

COLLUVIES.

ſtĕrcŏrāta	Quò poſſit omnes ſtercorata colluvies refluere	*Col. l. 1.*
	EPITH. RECENT. sōrdĭda, cœnōſa, putrĭda, fœda, tūrpis, fœtēns.	

COLOCASEUM.

lēntum	Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo	*Mart.*
Nilĭăcum	Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces	*Id.*
	EPITH. RECENT. mōlle, tĕnŭe.	

COLONUS.

fōrtis	——hinc laudem fortes ſperate coloni	*Vir. 3. Geo.*
ĭnops	Sive inopes erimus coloni	*Hor. 2. Car.*
paŭper	Te pauper ambit ſollicita prece Ruris colonus——	*Hor. 3. Car.*
mĭsĕr	Pervenit ad miſeros damno graviore colonos	*Ov. l. 7.*

lăcĕrtōſus

lăcĕrtōsus	Dura lacertosi fodiebant arva coloni	*Id. l.* 11.
ăvĭdus	Fructibus immensis avidos satiare colonos	*Id.* 1. *Fast.*
hirsūtus	Ante nec hirsuti torrebant farra coloni	*Id.* 3. *El.*
dūrus	Villica nec duri compressa est nupta coloni	*Mart. l.* 1.
prŏbus	Grandes proborum virgines colonorum	*Id. l.* 5.
rŭdis	Non rudis indocta fecit me falce colonus	*Id. l.* 6.
pīlōsus	Te pilosus hircoso premit osculo colonus	*Id. l.* 13.
	EPITH. RECENT. simplex, sōllĭcĭtus, gnāvus, incultus, pervĭgĭlans, sōlers.	

COLOR.

nŏvus	Ante novis rubeant quam prata coloribus, ante	*Vir. Geo.* 4.
nĭvĕus	Erat in niveo pulchra colore coma	*Corn. Gal.*
	EPITH. RECENT. grātus, vīvus, splēndens, lūcĭdus, pūlcher, nĭtens, vărĭus, mĭcans, cŏrūscans, rŭtĭlans, vĭrĭdis, rŭbens, rŭber, rŭbĭcundus, pūrpŭrĕus, rōsĕus, nĭger, āter, pĭcĕus, fūscus, ōbscūrus, flāvus, crŏcĕus, lūtĕus, aūrĕus, ālbus, cāndĭdus, lāctĕus, ŏlōrinus, cærŭlĕus, vĭŏlācĕus.	

COLOSSUS.

mārmŏrĕus	—de marmoreo citharam suspende colosso.	*Juv. Sat.* 8.
	EPITH. RECENT. grāndis, sīdĕrĕus, sūblīmis, āltus, īngens, cēlsus, immānis, prōcērus, ēnōrmis, vāstus, stŭpendus, ārdŭus, ēlātus, ēdĭtus, mīrāndus, summus, āhēnus, Rhŏdĭus.	

COLUBER.

lōngus	Candida venit avis, longis invisa colubris	*Vir.* 1. *Geo.*
tŭmĭdus	Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat	*Id.* 2. *Æn.*
lūbrĭcus	Innectitque comas, et membris lubricus errat	*Id. l.* 7.
lătens	Ecce latens herba coluber, fugientis adunco Dente pedem strinxit	*Ov. l.* 11.
vĕnēnātus	Hydra venenatis posset vallata colubris	*Luc. l.* 5.
cæcus	Sparguntur cæcis nasturcia dira colubris	*Colum.*
hirtus	Hirtus et ut coluber nodoso gramine tectus	*Id.*
nŏxĭus	Noxius exacuit morbos ætatis iniquæ	*Id.*
	EPITH. RECENT. tērrĭfĭcus, sævus, cærŭlĕus, Mĕdūsæus, squāmōsus, trīstis, tōrtus, āter, lēthĭfĕr, dīrus, sĭnŭātus, mōrdens, măcŭlōsus, tōrtĭlis, Gōrgŏnĕus, nĭger, vĕnēnōsus, flexĭlis, trūx, immānis.	

COLUBRA.

vĭrĭdis	Nec virides metuunt colubras	*Hor.* 1. *Car.*
Phĕrăbæa	Pectoraque unxerunt Pherabææ felle colubræ	*Ov. in ib.*
lōnga	Vos anguilla manet longæ cognata colubræ	*Juv. Sat.* 5.

COLUMBA.

Chāŏnĭa Chaonias dicunt aquila veniente columbas *Virg.*
vŏlucris ——et volucrem trajecto in fine columbam *Id.* 5. *Æn.*
mōllis Accipiter velut molles columbas *Hor.* 1. *Car.*
ĭmbēllis ——nec imbellem feroces *Id. l.* 4.
Progenerant aquilæ columbam
āĕrĭa Quales aëriæ tergo solet esse columbæ *Ov.* 3. *de Pon.*
Chāŏnis Quasque colat turres Chaonis alas habet *Id.* 2. *de Art.*
trĕpĭda Ut solet accipiter trepidas urgere columbas *Id.* 5. *Met.*
tōrquāta Sed cape torquatæ Venus ô regina columbæ *Prop. l.* 4.
Idălĭa Cæston et Idalias procul abligasse volucres *Stat.* 5. *Th.*
Dĭōnæa ——Dionæisque avibus circumsona Thisbe *Id.* 7. *Th.*
Cўthĕrēĭa Hanc sedem primo Cythereia condidit ales *Sil. l.* 3.
Păphĭa Spartanus tibi cedit olor Paphiæque columbæ *Mart. l.* 8.
tĕnĕra Nec violes tenues præduro dente columbas *Id. l.* 13.
călĭda ———calidæ pulmone columbæ—Tractato *Juv. Sat.* 6.
EPITH. RECENT. Cўprĭa, cŭpĭda, Dōdōnæa, nĭvĕa, pūra, cāndēns, mītis, ālbā, pūlchra, cĕlĕr, sĭmplex, vēlōx, præpes, văga, mānsŭēta.

COLUMBUS.——*Vid.* COLUMBA.

cēllāres Columbosque cellares, pinguissimos facere contingit *Col. l.* 3.
nĭvĕus Nec tantum niveo gavisa est ulla columbo *Catul.*
Dĭōnæus Ut albulus columbulus Dionæus *Catul.*
EPITH. RECENT. āprĭcāns, mītis.

COLUMEN.

EPITH. RECENT. fĭdēle, fidum, ămīcum.

COLUMNA.

sūblīmis Regia solis erat sublimibus alta columnis *Ov.* 2. *Met.*
rĕgĭda Pars sibi pro rigidis calamos statuêre columnis *Id.* 3. *Fast.*
Pœna Tota erat in specie, Pœnis digesta columnis *Prop. l.* 2.
ŭmbrōsa Scilicet umbrosis iordet Pompeia columnis *Id.*
Porticus————
fĕrrĕa Tam crassam quam columnellâ ferrea erit *Cato.*
ēxcĕlsa Ut verò excelsis suâmet juga nexa columnis *Stat.* 2. *Th.*
fĕrrāta Limina ferratis incumbunt tecta columnis *Id. l.* 7.
mōbĭlis Variis columnæ nobiles maculis ferunt *Seneca.*
cēlsa Adde fera et celsis suggesta theatra columnis *Sil. l.* 14.
pĭctūrāta Stamine gemmato, picturatisque columnis *Claud.*
EPITH. RECENT. vălĭda, sŏlĭda, firma, nĭtĭda, fŭlgĭda, ærĕa, pūlchra, tĕres, mārmŏrĕa, Idæa, Tænărĭa, Părĭa, Phrўgĭa, aūrāta, lōnga, ārdŭa, lăpĭdĕa.

COLUS.

Lўda Officia, et Lyda pensa diurna colu *Prop. l.* 4.
Pălădĭa Quæque Palladia colus lassavit omnem texta famularem manum *Seneca.*

EPITH.

EPITH. RECENT. frăgĭlis, fæmĭnĕa, ĭmbēllis, lānĭgĕra, ēxĭlis, lēvis, lōnga, mūlĭēbris, tĕres, plēna, rŏtūnda.

COMA.

ămbrŏsĭa	Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere———	*Vir.* 1. *Æn.*
nĭtĭda	Mars ades, et nitidas cassîde solve comas	*Ov.* 3. *Fast.*
ūncta	———habent unctæ mollia serta comæ	*Id.* 5. *Fast.*
prōlixa	Squallida prolixis qui tegit ora comis	*Id.* 4. *Trist.*
flāvēns	At mihi flavéntes dirigûere comæ	*Id. in Ep.*
dīffūsa	Sic mihi diffusis vaticinata comis	*Id. ib.*
dīvĭdŭa	Candida dividua colla tegente coma	*Id.* 1. *El.*
fōrmōsa	Formosæ periêre comæ, quas vellet Apollo	*Id.*
ŏdōrāta	Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ	*Id.* 2. *de Art.*
ōrnāta	Sic erat ornatis Laodameia comis	*Id.* 3. *de Art.*
lōnga	——————longas nunc bene pecte comas	*Id. l.* 2.
īnsīgnis	Et gerit insigne myrtea serta coma	*Tib. l.* 3.
Myrrhĕa	Stillabat Tyrio Myrrhea rore coma	*Id. l.* 3.
laūdāta	Gaudet laudatis ire superba comis	*Prop. l.* 2.
pūlchra	————erat in niveo pulchra colore coma	*Varr. Gall.*
prōm & rŭt.	Procera corpora, promissæ et rutilatæ comæ	*Lucius.*
tĕnĕra	Teneram cruenta falce depositit comam	*Seneca.*
splēndĭda	Per has senectæ splendidas supplex comas	*Id.*
mōllis	——atque humida siccat—Mollibus ora comis	*Stat. l.* 9.
dĕcōra	———molliſque decoræ——Margo comæ	*Id.* 2. *Syl.*
flĕxĭlis	———et multa spirat coma flexilis aura	*Val. Flac.* 3.
flāva	——ac sua flavis——Reddita cura comis	*Id. l.* 8.

EPITH. RECENT. pĕra, brāsĭcāta, būmĭda, cūlta, ŏdōra, pēndŭla, rŭtĭla, nĭtēns, flōrĭda, mĭcāns, aūrāto, cōmpta, hirta, lūcĭda, aūrĭcŏlor.

COMES.

EPITH. RECENT. fīdus, fīdēlis, chārus.

COMETA, *vel* COMETIS.

dīrus	Fulgura, nec diri toties arsere cometæ	*Vir.* 1. *Geo.*
sānguĭnĕus	————si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent	*Id.* 10. *Æn.*
mūt. rēg.	——et terris mutantem regna cometem	*Luc. l.* 1.
fātālis	Ab Jove fatalis ad regna injusta cometæ	*Val. Fl. l.* 6.
præceps	Præceps sanguineo delabitur igne cometes	*Claud.*
trīstis	————aut tristem fugat crinita cometam	*Id.*

EPITH. RECENT. crīnītus, cāndĭdus, fūlgēns, flāmmans, lūcēns, īnfēlīx, hōrrĭfĭcus, rūbĭcūndus, rŭtĭlus, īgnĭfĕr, clārus, vĕrēndus, īnfaūstus, pēstilēns, sīnīster, ēxĭtiōsus, pērnĭcĭōsus, căpillātus, ēxĭtiālis, prænūncĭus.

COMITAS.—*Vid.* BENIGNITAS.

COMITATUS.—*Vid.* TURBA.

COMITIA.

cōnsŭlārĭa	Conſulariaque Comitia haberentur	*Livius.*
prætōrĭāna	Ante prætoriana comitia habita	*Id.*
	EPITH. RECENT. cēntūrĭāta, cūrĭāta, ædīlĭtĭa.	

COMMENDATIO.——*Vid.* LAUS.

COMMENTARIUM.——*Vid.* COMMENTUM.

COMMENTUM.

EPITH. RECENT. dōctum, āſtūtum, Dædălæum, ſtūltum.

COMMILITO.——*Vid.* MILES.

COMMISSUM.——*Vid.* CRIMEN.

COMPAGIS.

ārcta	——————ferro et compagibus arctis	*Vir. 1. Æn.*
sŏlĭda	Sic ſolida Lybiæ compage et pondere duro	*Luc. l. 9.*
vălĭda	Interea validis Veneris compagibus hærent	*Id. l. 4.*
fĕrrĕa	Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur Limina——————	*Stat. 7. Th.*
dūra	——— duraque deûm compage tenebant	*Claud.*
	EPITH. RECENT. rĭgĭda, fīrma, sēcūra, tĕnāx, incōncūſſa.	

COMPAGO.—*Vid.* COMPAGES.

COMPES.

dūra	Et crura dura compede	*Horat.*
vălĭda	Spes etiam valida ſolatur compede venotum	*Tib. l. 2.*
tārda	Et ſolidos tardæ paſſurus compedis orbes	*Claud.*
pōndĕrōſa	Ducite ubi ponderoſas et craſſas	*Plaut.*
et crāſſa	Capiat compedes	
	EPITH. RECENT. lănĕa, tĕnāx, ſæva, prædūra, fīrma, nĕfānda, sērvĭlis, Adămānthæa, ăhēnĕa.	

COMPENSATIO.—*Vid.* PRÆMIUM, MERCES.

COMPITUM.—*Vid.* VIA.

grātum	Compita grata Deo; compita grata cani	*Ov. 5. Faſt.*
rāmōſum	Deducit trepidas ramoſa in compita mentes	*Perſ. Sat. 5.*

COMPLEXUS.—*Vid.* AMPLEXUS.

tĕnāx	Sic ubi complexu coierunt membra tenaci	*Ov. 4. Met.*
ăvĭdus	—— avido complexu quem tenet æther	*Lucr. l. 2.*
	EPITH. RECENT. mōllis, nexĭlis, ārctus, mūtŭus, dūlcis, tĕnĕr, plăcĭdus.	

CONAMEN, *et* CONATUS.

nōbilis	——————et nobile nervis	*Luc. l. 4.*
	Conamen calidus præbet cruor	vălĭdum

vălĭdum	Et fragilis valido conamine ſolvitur enſis	*Sil. l.* 5.
ĕxĭgŭum	——et exiguo funem conamine traxit	*Ov. Faſt.*
	EPITH. RECENT. māgnus, cōnſtāns, aūdāx, gĕnĕrōſus, fōrtis, māgnănĭmus, īngēns, gĕmĭnātus, ēxĭgŭus, cŭpĭdus, mĕdĭcus.	

CONCENTUS.

EPITH. RECENT. grātus, dūlcis, ārgūtus, blāndus, flēxănĭmus, lœtus, trĕmŭlus, quĕrŭlus, sŏnōrus, dūlcĭsŏnus, lĕpĭdus.

CONCHA.

ſquāllēns	Aut lapidem bibulum, aut ſquallentes infode conchas	*Vir.* 2. *Geo.*
cāva	Sed tum, forte cava dum perſonat æquora concha	*Id.* 6. *Æn.*
vĭlis	Mitulus et viles pellent obſtantia conchæ	*Hor.* 2. *Sat.*
sŏnāns	——— conchaque ſonanti Inſpirare jubet fluctus———	*Ov.* 1 *Met.*
Sĭdōnis	Collocat hanc ſtratus, conchaque Sidonide tinctus	*Id. l.* 10.
mărīna	Et procul a pelago conchæ jacuêre marinæ	*Id. l.* 15.
tĕnŭis	Tenues conchas, pictos lapillos	*Id.* 2. *El.*
Inda	Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis	*Prop.* 1.
prĕtĭōſa	Æquoribus cuſtos pretioſæ vipera conchæ	*Lucr. l.* 6.
vēntōſa	Audit ventoſa perflantur litora concha	*Id. l.* 9.
tōrta	Expavit tortæ certantia murmura conchæ	*Sil. l.* 14.
Cўthērĭăca	Levior ô conchis Galle Cytheriacis	*Mart. l.* 2.
brĕvis	Quoſque tegit leve cortice conata breves ?	*Id. l.* 10.
Sīdŏnĕa	Ebria Sidoneæ quum ſim de ſanguine conchæ	*Id. l.* 14.
æquŏrĕa	Levis ab æquorea cortex Mariotica concha	*Id. ib.*
Lucrīna	Sed cur ſolus erit concha Lucrina cibus	*Id. ib.*
	EPITH. RECENT. sŏnāx, rădĭāns, nĭtēns, pĭcta, tōrtĭlis, Erўthrēa, lūcĭda, ſpūmans, lævis, aūrāta, ădūnca, nērvōſa, tĕnāx, Sārrāna, ærĕa.	

CONCHYLI, *ſeu* CONCHYLIUM.—*Vid.* MUREX.

Lucrīna	Non me Lucrina juverint Conchylia	*Hor. in Ep.*
mărīna	Id autem excipitur ex conchylio marino	*Vitruv.*
lūbrĭca	Lubrica qua recubent conchylia mollius alga	*Stat.* 4. *Syl.*
Cōa	——— Spartana Chlamys, Conchylia Coa	*Juv. Sat.* 8.
	EPITH. RECENT. lūnāta, pūnĭcĕa.	

CONCILIUM.—*Vid.* TURBA.

CONCIONATOR.

EPITH. RECENT. săcer, sānctus, pĭus, dōctus, pŏtēns, suāvis, ēlŏquēns, dĭsĕrtus.

CONCLAVE.

EPITH. RECENT. nĭtĭdum, ſūpērbum, magnĭfĭcum.

CONCORDIA.

mītis —Janus adorandus cum quo concordia mitis *Ov. 4. Faſt.*
fēlix Quod mihi ſi tanto felix concordia bello *Prop. 3.*
Extiterit———
EPITH. RECENT. dūlcis, cāna, cāndĭda, īnnŏcŭa, ālma.

CONCUBITUS.

vĕtĭtus Concubitu vetito naturæ pollue fœdus *Ov. 12. Met.*
EPITH. RECENT. nĕfāndus, ĭmpūrŭs, nŏctūrnus, ſcĕlĕrātus, sōns, ĭmprŏbus, dŏlōſus.

CONDEMENTUM.

EPITH. RECENT. sūave, dūlce, grātum.

CONDITOR, *a condio.*

EPITH. RECENT. sōlĕrs, pĕrītus, ĭndūſtrĭus.

CONDITOR, *a condo.—Vid.* ARTIFEX.

CONGERIES.—*Vid.* ACERVUS.

sĕcta Congeriem ſecuit, ſectamque diviſit in orbem *Ov. 1. Met.*

EPITH. RECENT. mōlle, tūrgēns, ŏdōrum, flōrĭfĭcum, mĭcāns, ămbrōsĭum, fœcundum.

GERYON,

Hiſpaniæ rex tricorpor, quem Hercules ſuperavit.

trĭcŏrpŏr — Gorgones, Harpyiæque et forma tricorporis umbræ — *Vir.* 6. *Æn.*
tērgĕmĭnus — Tergemini nec Geryonis ſpoliiſque ſuperbus — *Id. l.* 8.
rer āmp. — Qui rer amplum Geryonem, Tytiumque triſti Compeſcit unda—— — *Hor.* 2. *Car.*

Ibērus

Ibērus —— nec me paſtoris Iberi—— Forma triplex *Ov. l. 9.*
trĭfōrmis Paſtor triformis littoris Tarteſii *Seneca.*
fĕrus Ibera vicit turba paſtoris feri *Id.*
EPITH. RECENT. trĭplex, mĭnāx, hōrrēndus, crūdēlis.

GESUM.

Alpīna —duo quiſque Alpina coruſcant—Geſa manu *Vir. in Æn.*
rĭgĭda Et rigida molli geſa jaculari manu *Seneca.*
EPITH. RECENT. Gāllĭca, fĕrrĕa.

GESTUS.

mōllis Sive aliquis molli deducit candida geſtu *Prop. l. 2.*
EPITH. RECENT. pĕtŭlāns, grātus, vĕnūſtus.

GETÆ, *Scythiæ populi.*

īnfēſti Summovet infeſtos clauſaque porta Getas *Ov. 3. Triſt.*
phărĕtrāti Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis *Id. l. 4.*
rĭgĭdi Barbariam rigidos effugiamque Getas *Id. l. 5.*
crūdi Juncta tenet crudis Sarmatis ora Getis *Id. ib.*
Mārtĭcŏlæ Strymona veniſti, Marticolamque Getem *Id. ib.*
ſtŏlĭdi Derident ſtolidi verba Latina Getæ *Id. ib.*
fĕrōces Abſtuleritque ferox hoc caput enſe Getis *Id. 2. de Pon.*
īndŏmĭti Mittit ab indomitis hanc Meſſaline ſalutem *Id. ib.*
Qui ſolitus præſens tibi ferre Getes
dīri Quum tanget diros talia facta Getas *Id. 3. de Pon.*
īntōnſi Venit ab intonſis uſque, Severe, Getis *Id. 4. de Pon.*
ſævi Ut tandem ſævos effugiamque Getas *Id. ib.*
fĕra Tranſit noſtra feros ſi modo muſa Getas *Id. ib.*
pĕllĭti Litore pellitos inter agenda Getas *Id. ib.*
ſquālĭdi Non adimat ſtricto ſquallidus enſe Getes *Id. 5. de Pon.*
dūri Non venit in duros Muſa vocata Getas *Id. ib.*
īnhūmāni Inter inhumanos eſſe poeta Getas *Id. ib.*
hīrsūti Aſpicit hirſutus cominus urſa Getas *Id. ib.*
trŭces Truxque Getes armis, grandine pugnat hyems *Id. ib.*
trŭcŭlēnti Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe *Ovid.*
hībērni Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru *Prop. l. 4.*
āſtūti Quum ferit aſtutos comica mœcha Getas *Id. ib.*
văgi Commiſit unquam non vagus campis Geta *Seneca.*
ārmĭfĕri ——armiferos geminæ jam ſidere brumæ *Stat. 4. Th.*
Orgia ferre Getas———
flāvi Seu flavos ſtravêre Getas—— *Claud.*
fōrtes Hic Cimbros, forteſque Getas, Stilicone peremptos *Id.*
EPITH. RECENT. illĕpĭdi, bārbărĭ.

GIGANTES, *filii Titanis et Terræ. qui Deos e cælo detrudere conati ſunt.*

cōnjūrāti Et conjuratos cœlum reſcindere fratres *Vir. 1. Geo.*
Etnæi Etnæos fratres, cælos capita alta ferentes *Id. 3. Æn.*
Tītānĭi Hic genus antiquum Terræ Titania pubes *Id. ib.*

sērpēntĭgĕ.	Sphingaque et Harpyias, ſerpentigeroſque Gigantes	*Ov. 4. Triſt.*
ſævi	Non niſi ſævorum potuit poſt bella Gigantum	*Luc. l. 1.*
tērrĭgĕnæ	Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra Gigantes	*Id. l. 3.*
răbĭdi	Non aliter Phlægra rabidos tollente Gigantes	*Id. l. 7.*
Phlēgræi	Nunquid ſtruitur via Phlegræos Alta per hoſtes	*Seneca.*
fĕri	Adverſus feros audax Gigantes, &c.	*Id.*
	EPITH. RECENT. ărdŭi, ānguĭpēdes, vāſti, māgnănĭmi, fūrēntes, aūdăces, ĭndŏmĭti, sērpēntĭfĕri, cēntĭmăni, sŭpērbi, tĭmĭdi.	

GLACIES.

āſpĕra	Ah mihi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas	*Vir. in Buc.*
cærŭlĕa	Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris	*Id. 1. Geo.*
frīgĭda	——glacies ne frigida lædet——Molle pecus	*Id. 3. Geo.*
Hypērbŏr.	Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem	*Id. 4. Geo.*
fūsĭlis	——glacies ſeu fuſilis ictu——Diffiluit	*Id. 12. Æn.*
ādſtrĭctu	Canduit, et ventis glacies adſtricta pependit	*Ov. 1. Met.*
lūbrĭca	Ut lubrica glacie, non recipiente veſtigium	*Livius.*
cōncrēta	Hærerent in dura et concreta glacie	*Id.*
gĕlĭda	His gelida pigri frigoris glacies ineſt	*Seneca.*
Arctōa	Non glaciem arctoam, non experire furentis	*Sil. l. 15.*
Mæōtĭca	Quos operit glacies Mæotica——	*Juv. Sat. 4.*
nivālis	Quum gravis armatum Boreas glacieque nivali	*Claud.*
Alpīna	Audiit, et ſi quem glacies Alpina coercet	*Id.*
Riphæa	Riphæaque ſimul feſſos porreximus artus In glacie———	*Id.*
	EPITH. RECENT. frăgĭlis, tōrpēns, hĭĕmālis, Artĭca, hīſpĭda, hīrsūta, rĭgēns, ācris.	

GLADIATOR.

bŏnus	Tam bonus gladiator rudem jam accepiſti	*Cic.*
tūnĭcātus	Vicit et hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi	*Juv. Sat. 2.*
	EPITH. RECENT. fōrtis, rōbūſtus, nūdus.	

GLADIUS.—*Vid.* ENSIS.

mĭnāns	——— gladii quum triſte minantes	*Lucr. l. 1.*
fūrēns	Ipſe furentes dux tenuit gladios——	*Id. l. 6.*
frīgĭdus	————frigidus inde——Stat gladius	*Id. l. 7.*
īmpĭus	Exceptus gladio parvulus impio	*Seneca.*
mĭnax	——gladioſque tegat vagina minaces	*Claud.*
trĭſtis	——clementia triſtes——Obtulit gladios	*Id.*

GLANS, *globus tormentarius.*

vŏlĭcer	Saxa pluunt, volucres imitantur fulgura glandes	*St. l. 8.*
	EPITH. RECENT. ignīta, plūmbāta, mōrtĭfĕra, dira, ignĭfĕra, ferrĕa, flāmmĕa, mīssĭlis.	

GLANS, *quercûs, &c.*

hĭbērna Uvidus hiberna venit de glande Menalcas *Vir. in Buc.*
Chāŏnĭa Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta *Vir. 1. Geo.*
quērna Sed tamen et quernas glandes nunc ſtringere tempus *Id. ib.*
ĭlĭgnĕa Laudantur qui ſunt feraciſſimi quernæ glandis et iligneæ *Col.*
cădūca Arboribus quoniam bacchæ glandeſque caducæ *Lucr. l. 5.*
EPITH. RECENT. vĕtūſta, fāgĕa, tĕnĕra, sŏnōra, ſtrīcta, sўlvēſtris, dūra.

GLAREA.

jējūna Nam jejuna quidem limoſi glarea ruris *Vir. 2. Geo.*
EPITH. RECENT. flāva, dūra, ſtĕrĭlis.

GLAUCUS,
Deus marinus, fuit Minois filius.

Eūbŏĭcus Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum *Ov. l. 14.*
bĭfōrmis ——Glaucum ſeries extrema biformem Accipit *Claud.*
EPITH. RECENT. vīrĭdis, Mīnōus.

GLEBA.

putris Liquitur, et putris Zephyris ſe gleba reſolvit *Vir. 1. Geo.*
jăcēns Fortes invertant tauri, glebaſque jacentes *Id. ib.*
ĭnērs Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertis *Id. ib.*
sŭpīnāta Ante ſupinatas, Aquiloni oſtendere glebas *Id. 2. Geo.*
mădĭda Arva rigent auro madidis pallentia glebis *Ov. l. 11.*
ūber Agrum habebimus ſalubri ſolo, ubere gleba *Col.*
ēffōſſa Effoſſæ glebæ, et in fictili vaſe madefactæ *Id.*
pīnguis Pingues manus utraque glebas——Exprimit *Luc. l. 4.*
fœcūnda Quæ nos fœcundas vertentes vomere glebas *Lucr. l. 1.*
frĭāta Scilicet et glebis terrarum ſæpe friatis *Id. ib.*
dis Tum loca plena deo, dites ſine vomere glebas *Sil. l. 2.*
ūvĭfĕra Maſſicus uviferis addebat nomina glebis *Id. l. 8.*
frūgĭfĕra ——frugiferis Cereales Anagnia glebis *Id. l. 12.*
vĭrēns Ac molles ornare focos, glebamque virentem *Juv. Sat. 12.*
rĕdŏlēns In medio glebis redolentibus aëra dives *Claud.*
EPITH. RECENT. fēlix, fērtĭlis, dives, hūmēns, fĕrāx, crāſſa, frūtĭcāns.

GLIS.

sōmnĭcŭl. Somniculoſus ille porriget glires *Mart. l. 3.*
EPITH. RECENT. sōpōrātus, brĕvis, hĭbērnus, ĭnērs, pĭger, Alpĭnus.

GLOBUS.—*Vid.* ORBIS.

GLORIA.

lūcēns Gloria perpetuum lucens, manſura per ævum *Vir. in Cul.*
ănĭmōſa Ergo ubi luctandi juvenes animoſa citavit *St. 6. Th.*
Gloria———

ārdŭa Ardua magnanimi revirefcit gloria blefi *St. 2. Syl.*
EPITH. RECENT. dūlcis, ĭnānis, trĭūmphālis, vēntōfa, frăgĭlis, ĭnvĭdĭōfa, nōbĭlis, aūgūſta, mūtābĭlis, pĕrēnnis, vīvāx, ĭmmōrtālis, āmbĭtĭōſa.

GLUTEN.

taūrĭnum Glutine materies taurino ita jungitur unà *Lucr. l. 6.*
EPITH. RECENT. tĕnāx, fōrte, lēntum, vĭſcōſum, vălĭdum, ſtrĭngēns.

GNIDOS, *vel* CNIDOS,
promontorium oppidum Doridis in Caria.

pĭſcōſa Piſcoſamque Gnidon, gravidamque Amethunta metallis *Ov. l. 10.*

ărūndĭnōſ. Quæque Ancona, Gnidumque arundinoſam colis *Catul.*

GORGON.—*Vid.* MEDUSA.
Gorgones fuerunt Phorci filiæ, et in numero tres, Meduſa, Schenyo, et Euriale.

fæva Inſedit, nimbo effulgens, et Gorgone fæva *Vir. 2. Æn.*
ăſpĕra Nec comites auferre valent, ſtetit aſpera Gorgon *St. l. 8.*
Maūra Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura *Juv. Sat. 12.*
rĭgĭda Te non penna vehit rigida cum Gorgone Perſeus *Claud.*
EPITH. RECENT. ānguĭcŏma, ānguĭfĕra, tĕrrĭfĕra, sērpēntĭgĕra, dūra, crŭēnta, săxĭfĭca, bārbăra, atrōx, fōrmĭdābĭlis.

GOTHI, *Scythiæ populi.*
EPITH. RECENT. ſævi, ārmĭpŏtēntes, ĭmmānes, ĭnfrænes, fĕri, crūdēles, crŭēnti, fŭrĭōſi, Mārtĭi.

GRABATUS.—*Vid.* LECTUS.

GRACULUS.
EPITH. RECENT. răptor, gārrŭlus.

GRADIVUS.—*Vid.* MARS.

trux Gradivumque trucem currus jam ſcandere— *Sil. l. 3.*
atrōx At Gradivus atrox remeantis in æthera divæ *Id. l. 9.*
fævus Parte alia cerne, ut fævus gradivus in armis *Id. l. 12.*
fervĭdus Fervidus in lævum torquet Gradivus habenas *St. 3. Th.*
hŏrrĕndus ——procubat horrendus Gradivus in arvo *Claud.*

GRADUS.

cĭtātus Sed quid citato nuncius portat gradu *Seneca.*
prŏpĕrus Invifa propero tuta penetravit gradu *Id.*
Pēgăſæus Ætas Pegaſæo corripiet gradu *Id.*
præpes ——ſæpe ipſe gradu me præpete Chiron *St. in Ach.*

EPITH.

EPITH. RECENT. cĕlĕr, vĕlōx, tārdus, lēntus, ĭnērs, dŭbĭus, tĭtŭbāns, trĕmŭlus, răpĭdus, fŭgāx, fēssus, æger, sūblīmis, sŭpĕrbus.

GRÆCI.—*Vid.* GRÆCIA.

GRÆCIA.

ūltrīx	Ultrix inultum Græcia hoc facinus feret	*Seneca.*
īnsŏlēns	—insolenti Græciæ aut opponat aut præferat	*Id.*
fāllāx	————te Græcia fallax——Perſequor	*Val. Fl.* 8.
mēndāx	————et quicquid Græcia mendax Audet in Hiſtoria——	
vīndex	——vindex quum Græcia cladem—Solveret	*Claud.*

EPITH. RECENT. sōlērs, dōcta, vāna, vĕtus, gārrŭla, lŏquāx, fācūnda, fērtĭlis, ĭngĕnĭōſa.

GRAII.—*Vid.* GRÆCIA.

fāllāces	Fallaces Graios, ſimulataque dona Minervæ	*Vir.* 2. *Æn.*

GRAMEN.

lætum	——pingueſque in gramine terræ	*Vir.* 2. *Geo.*
vĭrĭdāns	Tondebant tenero viridantia gramina morſu	*Id. in Cul.*
tĕnĕrum	Sæpe ſuper tenero procumbunt gramine	*Id. ib.*
tĕnāx	Modò in tenaci gramine	*Hor. in Ep.*
mōntānum	——quodque procul montano gramine paſci Armentum————	*Ov.* 2. *Met.*
vĭrĭde	Quum temerè in viridi gramine laſſa jacet	*Ov.* 1. *El.*
fērtĭle	Aſpice tondentes fertile gramen oves	*Id.* 1. *de Rem.*
mōlle	Sæpe itaque inter ſe proſtrati in gramine molli	*Lucr. l.* 7.
lūbrĭcum	————————et lubrica tabo——Gramina	*St. l.* 12.
flōrĕum	Sic in gramine floreo reclivis	*Mart. l.* 9.
rōsĭdum	Roſida mobilibus lambabunt gramina rivis	*Claud.*

EPITH. RECENT. ăcūlĕātum, ŏdōrum, vērnāns, frōndēns, tĕnĕllus, fœcūndum, pĭctum, āprīcum, vĭrēns, flōrēns, jūcūndum, ŏdōrātum, ŏdōrĭfĕrum, flōrĭgĕrum, hālāns, hūmĭdum.

GRAMMATICA *et* GRAMMATICE.

EPITH. RECENT. dōcta, pĕrīta, nōbĭlis, āpta, ĭngĕnĭōſa, Pălæmōnĭa.

GRANARIUM.—*Vid.* HORREUM.

GRANDO.

crĕpĭtāns	Tam multa in tectis crepitans, ſalit horrida grando	*Vir.* 1. *Geo.*
dīra	Jam ſatis terris nivis atque diræ	*Hor.* 1. *Car.*
	Grandinis miſit pater	
hĭbērna	Phinea tela volant hiberna grandine plura	*Ov.* 5. *Met.*
brūmāle	Saxaque brumali grandine plura ſubis	*Id.* 4. *de Pont.*
nivōſa	Tantum nivoſæ grandinis dejecit	*Livius.*

ſæva

fæva ——fremeret fæva cum grandine vernus Juppiter—— *Juv. Sat.* 5.

EPITH. RECENT. æſtīva, cōncrēta, immītis, sŏnōra, lăpĭdōſa, sŏnāns, glăcĭālis, hōrrĭda, rĕsŏnāns, hōrrĭsŏna, sălīēns, pērnĭcĭōſa.

GRANUM.

EPITH. RECENT. dūlce, cāllōſum, pārvum, lāctēns, flāvēſcēns, Cĕrĕāle, tŭmēns.

GRASSATOR.—*Vid.* FUR, LATRO.

sŭbĭtus ——ſubitus graſſator agit rem *Juv. Sat.* 3.

GRATIA.

EPITH. RECENT. bĕnīgna, grāta, jūcūnda, blānda, ămīca, sincēra, āccēpta.

GRATIÆ, *tres.*

Aglaia, vel Paſithea, Thalia, et Euphroſyne, Jovis filiæ, a poetis in Veneris comitatu eſſe dicuntur.

dĕcēntes Junctæque Nymphis Gratiæ decentes *Hor. 2. Car.*

blāndæ Non hoc Paſithea, blandarum pia ſororum *St. 2. Th.*

EPITH. RECENT. cōncōrdes, suāves, pūlchræ, trĭfōrmes, ūrbānæ, clĕgāntes, mites, blāndĭēntes, aūrĕæ, fōrmōſæ, vĕnūſtæ, dĕcōræ, hĭlāres.

GRAVEDO.

frigĭda Hic me gravedo frigida et frequens tuſſis *Catul.*

EPITH. RECENT. sōmnŏlēnta, ŏnĕrōſa.

GRAVITAS.—*Vid.* PONDUS, ONUS.

tārda ——tardaque deus gravitate jacentes *Ov. l.* 11.
Vix oculos tollens——

GREMIUM.—*Vid.* SINUS, PECTUS.

GRESSUS.—*Vid.* GRADUS.

prŏpĕrus Terga ſequi, properoſque jubet conjungere greſſus *Val. Fl.* 4.

sūccĭdŭus Succidui titubant greſſus—— *Claud.*

GREX.

lānĭgĕr Lanigeroſque agitare greges hirtaſque capellas *Vir. 3. Geo.*

lāſcivus Laſcivi ſoboles gregis *Hor. 3. Car.*

ērrāns Proſpectat errantes greges *Id. in Epod.*

cĕlĕr At repetant celeres paſcua nota greges *Corn. Gal.*

villātĭcus Villatico vero gregi in fundum ſatis eſſe duos *Varro.*

ŏpīmus Huc appellite greges opimos *Seneca.*

ŏpŭlēntus Arcanus aries, ductor opulenti gregis *Id.*

cornĭgĕr Illo ſequebatur monte cornigeros greges *Id.*

EPITH. RECENT. immūndus, pĕtūlcus, hīrsūtus,, hirtus, villĭgĕr, prŏtĕrvus, lānātus, ĕdāx.

GRUS.

Strȳmŏnĭa — Strymoniæque grues, et amaris intyba fibris Officiunt——— — *Vir. 1. Geo.*

aĕrĭa — Aeriæ fugêre grues — *Id. ib.*

ādvĕna — Pavidumque leporem, et advenam laqueo gruem — *Hor. Ep.*

Bīstŏnĭa — Deseritur Strymon tepido committere Nilo Bistonias consuetus aves—— — *Luc. l. 3.*

hībĕrna — Distat ab hiberna Rhodopes grue — *Stat. 4. Syl.*

sæva — Unguibus à sæva fertur grue — *Juv. Sat. 13.*

EPITH. RECENT. Thrēĭcĭa, răpĭda, quĕrŭla, præsāga, brūmālis.

GRYPHES.

EPITH. RECENT. Indĭci, Hўpērbŏrĕi, ŏbūnci, ăvĭdi, ālāti, răpāces, fĕrōces, mĭnāces, crūdēles.

GUBERNACULUM, *vel* GUBERNACLUM.

EPITH. RECENT. naūtĭcum, fīdum, flŭĭtāns, pēndēns, flexĭle, prŏpĕrum.

GUBERNATOR.

EPITH. RECENT. prōvĭdus, sōlĕrs, vĭgĭl, pērvĭgĭl, sōllĭcĭtus.

GULA.

īmplācāta — Tum quoque dira fames implacatæque vigebat Fama gulæ—— — *Ov. l. 8.*

ĭngĕnĭōsa — Pascitur et tenebris ingeniosa gula est — *Mart. l. 13.*

EPITH. RECENT. dāmnōsa, tūrpis, lāta, răbĭda, vŏrāx, ăpērta, ārdēns, ĭmmēnsa, lūxŭrĭōsa, hĭāns.

GURGES.

cānus — Quæ simul ut sese cano de gurgite velox — *Vir. in Cir.*

cūrvātus — Tollimur in cœlum curvato gurgite—— — *Id. 3. Æn.*

tūrbĭdus — Turbidus hic cœno vastaque voragine gurges — *Id. l. 6.*

cærŭlĕus — Gurgite cæruleo septem prohibere triones — *Ov. 2. Met.*

līmōsus — Limosoque novæ saltant in gurgite ranæ — *Id. l. 6.*

ārēnōsus — At arenosi gurgitis planos quidem non pessime — *Col.*

prærūptus — —in præruptum gurgitem in conspectu hostium, &c. — *Livius.*

spūmĕus — Atque omnes trahe gurges aquas, ut spumeus alnos — *Luc. l. 3.*

gĕlĭdus — ——quos gurgite Bactros——Includit gelido — *Id. l. 3.*

răpĭdus — ——rapido fertur quà gurgite pontus — *Id. l. 5.*

vŏlēntus — Moturum totas violenti gurgitis vias — *Id. l. 10.*

ănĭmōsus — Cessit ad huc ripis animosus gurges anhelis — *St. l. 7.*

pūrus — Puro gurgite provocare Lirim — *Id. 4. Syl.*

reflŭus — Cessent et refluo circumsona gurgite Thule — *Id. 5. Syl.*

spūmāns

ſpūmāns	Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos	*Sil. l.* 3.
ănhēlus	——quem gurgitibus complexus anhelis	*Id. ib.*
lūcēns	Somniferam ducit lucenti gurgite lympham	*Id. l.* 4.
gēmmāns	Perſtrinxit tacitas gemmenti gurgite ripas	*Id. l.* 9.
sĭnŭātus	Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes	*Id. l.* 13.
cāncēns	Spumat canenti ſulcatus gurgite limes	*Id. l.* 14.
flŭmĭnĕus	Fluminei veluti deprenſus gurgitis undis	*Id. l.* 15.
	EPITH. RECENT. cœnōſus, tōrtŭōſus, tŭmĭdus, sālſus, prōfūndus, ſpūmōſus, raūcus, ĭntōrtus, fūmāns, ūndōſus, pīſcōſus, præceps, ĭrrĭgŭus, lĭquĭdus, flŭctŭōſus.	

GUSTUS.—*Vid.* SAPOR.

GUTTA.

frīgĭda	Perque meos artus frigida gutta fluit	*Ov.* 3. *El.*
lĭquēns	——————————liquentes Humorum guttas mater quum terra recepit	*Lucr. l.* 2.
mānāns	Sudent humore et guttis manantibus ſtillent	*Id. l.* 6.
tūrgēns	Udaque turgentes impellunt lumina guttas	*St.* 5. *Syl.*
	EPITH. RECENT. dēcĭdŭa, ĭrrĭgŭa, flŭĭtāns, nĭtĭda, sĕrēna, lūcĭda, lĭquĭda, hūmĭda.	

GUTTUR.

cāvum	Mors graditur vaſto pandens cava guttura rictu	*Sil. l.* 1.
	EPITH. RECENT. pătŭlum, cănōrum, hĭāns, pătēns, sŏnōrum, blāndĭsŏnum, tĕnŭe, raūcum, ăpērtum.	

GUTTUS.

EPITH. RECENT. ĕbūrnus, fāgĭnus, căpāx, căvus, āmbrŏsĭus.

GYARIS, *inſula maris Ægei.*

brĕvis	Aude aliquid brevibus Gyaris, aut carcere dignum	*Juv. Sat.* 1.

GYGES, *Cœli et Terræ filius.*

cēntĭmān.	Centimanumque Gygen ſemibovemque virum	*Ov.* 4. *Triſt.*
tŭmĭdus	Quo vaſtus Briareus, quo tumidus Gyges	*Seneca.*

GYMNASIUM.—*Vid.* PALÆSTRA.

GYPSUM.

crāſſum	——————ſupponi et oblini craſſo gypſo	
	EPITH. RECENT. ālbum, tĕnāx.	

GYRUS.

cūrvus	Seu libeat curvo melius contendere gyro	*Tib. l.* 4.
sĭnŭātus	Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris	*Sil. l.* 6.
lūnātus	Claſſis et arĕlabat lunato cærula gyro	*Id. l.* 4.
	EPITH. RECENT. vŏlūtus, ŏblīquus, ārĕtus.	

H.

HABENA.

lāxa ——et laxas ſciret dare juſſus habenas *Vir. 1. Æn.*
āngūſta Hic placet, anguſtis quod equum compeſcit habenis *Tib. l. 1.*
vălĭda Inde manu validas potis eſt moderanter habenas *Lucr. l. 12.*
văga ——————Deus inde vagis ſuccedit habenis *St. l. 7.*
ſtrĭcta Et præceps ſonipes ſtrictæ contemptor habenæ *Id. l. 11.*
ēffūſa Quum rapidum effuſis ageret ſublimis habenis *Sil. l. 1.*
Cornipedem———
făcĭlis Flectenti faciles Medis tibi ceſſit habenas *Claud.*
EPITH. RECENT. tĕres, răpĭda, ūndāns, lēnta, lāxa, flēxĭlis, ārcta.

HABITUS.

EPITH. RECENT. dĕcēns, dĕcōrus, hŏnēſtus, mūndus, nĭtĭdus, rēgĭus, sūpērbus.

HÆMUS, *Thraciæ mons.*

gĕlĭdus Aut ſuper Pindo, gelidove in Hæmo *Hor. 1. Car.*
Oēāgrĭus Virgineuſque Helicon, et nondum Oeagrius Hæmus *Ov. 2. Met.*
ūmbrōſus Qua patet umbroſum Rhodope glacialis ad Hæmum *Id. in Ep.*
Thrācĭus ————tunc linquitur Hæmus—Thracius *Luc. l. 3.*
Gĕtĭcus ——Geticoque pecus ſtabulare in Hæmo Dignius——— *St. 1. Th.*
nūbĭfĕr Mavors nubifero ſeu tu procumbis in Hæmo *Claud.*
nĭvālis Præda ſumus jam Biſtoniis, Hæmoque nivali *Id.*
EPITH. RECENT. nĭvĕus, vĭrēns, vĭrĭdis, ārdūus, nūbĭgĕr, Threĭcĭus, Orphæus.

HÆRES.

ăvĭdus Ni tua cuſtodis, avidus jam hæc auferet hæres *Hor. 2. Sat.*
EPITH. RECENT. dīves, sōllĭcĭtus, prōdĭgus.

HALESUS, *fluvius Siciliæ.*

Sĭcănĭus Et quæ Sicanii flores legiſtis Haleſi *Col.*
EPITH. RECENT. Sĭcŭlus, præceps, ămœnus.

HALITUS.—*Vid.* SPIRITUS, ANHELITUS.

HALYS, *fluvius.*

tōrtus Influit et crebro vortice tortus Halys *Ov. 4. de Pon.*
tūrbĭdus Turbidus Argæa ſeu nive lavit Halys *Claud.*

HAMADRYADES.—*Vid.* DRYADES.

HAMUS.

prærōſus Inſidiatorum prærоſo fugerit hamo *Hor. 2. Sat.*
ŏpērtus Suſpectos laqueos et opertum milvius hamum *Id. 1. Ep.*

cūrvus	Oraque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos	*Ov. l.* 11.
ădūncus	Aut ſua crudelitas in aduncos egerat hamos	*Id. l.* 13.
ūncus	Nec celata cibis uncos fallacibus hamos	*Id. l.* 15.
fāllāx	Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo	*Id. 2. de Pon.*
fĕrrĕus	Ferreis hamis infixæ, &c.	*Livius.*
piſcārĭus	Arundinem fert ſportulamque et hamum piſcarium	*Plaut.*
tōrtus	Loricam induitur, tortos huic nexilis hamos	*Sil. l.* 5.
prædāns	Aſſuetum Thraſymene tuos prædantibus hamis Exhaurire lacus——	*Id. l.* 5.
	EPITH. RECENT. ĭnēſcātus, pērnĭcĭōſus, mērſus.	

HANNIBAL.—*Vid.* ANNIBAL.

HARA.

ĭmmūnda	Tertius, immundæ curæ fidelis haræ	*Ov. in Ep.*
hŭmĭlis	Et minor ex humili victima porcus hara	*Id.* 3. *El.*
	EPITH. RECENT. ōbſcœna, fœtĭda, sōrdĭda, ōlēns, fœda, tūrpis.	

HARMONIA.

EPITH. RECENT. ſuāvis, jūcūnda, mūsĭca, dōcta, rĕsŏnāns.

HARPALICE, *una Amazonum.*

Thrēĭſſa	—vel quales equos Threiſſa fatigat—Harpalice	*Vir.* 1. *Æn.*

HARPE.

Cўllēnis	Brachia tendentem Cyllenide confodit Harpe	*Ov.* 5. *Met.*
	EPITH. RECENT. fălcāta, ūnca, cūrva, ădămāntis, Arcădĭa.	

HARPYIÆ,

Filiæ Typhœi et Terræ, monſtra vultu virgineo, manibus uncis. Tres finguntur, Aello, Ocypeta, et Cælano.

Stўmphāl.	Dejicit horriſono quinto Stymphalidas arcu	*Virg.*
diræ	Sive Deæ, ſeu ſint diræ obſcœnæque volucres	*Id.* 3. *Æn.*
răpāces	Vellem, ait, harpyiis gula digna rapacibus	*Hor.* 2. *Sat.*
Stymphāl.	Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta	*Catul.*
Arcădĭcæ	Unguibus Arcadicæ volucres Stymphala colentes	*Lucr. l.* 5.
ăvĭdæ	Terretque menſas avida Phinæas avis	*Seneca.*
Phĭnææ	Phinæis avibus præda fugacior	*Id.*
Tārtărĕæ	Quum mihi Tartareas ſævo clangore volucres	*Val. Fl.* 4.
trŭces	Harpyiaſque truces, inſopitiſque refuſum	*Claud.*
Hĕrcŭlĕæ	—et cognitus hiſtrix—Herculeas affirmat aves	*Id.*
	EPITH. RECENT. pălūſtris, infēſtæ, immūndæ, fœdæ, crūdēlis, diræ.	

HASTA.

scĕlĕrāta	——et tergo sceleratam intorserit hastam	*Vir. 2. Æn.*
pūra	Ille (vides?) pura juvenis qui nititur hasta	*Id. l. 6.*
lōnga	Stant longis adnixi hastis, et scuta tenentes	*Id. l. 9.*
rĭgĭda	Advenit, et rigida Dryopen ferit eminus hasta	*Id. l. 10.*
trĕmĕbūnd.	——ac tremebunda super volat hasta	*Id. ib.*
grăvis	Ne quicquam thalamo graves Hastas et calami spicula Gnossii	*Hor.*
ĭmmītis	Dirigere immitem non inscius audeat hastam	*Ov. l. 8.*
frāxĭnĕa	Fraxineam misit mentis quoque viribus hastam	*Id. l. 12.*
bēllĭca	Bellica non dextræ convenit hasta tuæ	*Id. 2. El.*
ăcūta	Vitricus et gladiis et acuta dimicet hasta	*Id. 1. de Rem.*
mĭnāx	Quicquid aut hasta minax, &c.	*Seneca.*
trăbālis	—dextraque trabalem—Hastam intorsit agens	*St. 4. Th.*
ĭnfēsta	——infestaque abeuntem vidimus hasta	*Id. l. 8.*
fūnēsta	Tela et funestæ casum prior occupat hastæ	*Id. l. 11.*
vălĭda	Et validam duris evellit ab offibus hastam	*Sil. l. 1.*
fātālis	Ensem unum ac multis fatalem millibus hastam	*Id. l. 2.*
rāsĭlis	——————picenti rasilis hasta	*Id. l. 4.*
răpĭda	Ticini rapidam in Rutilos contorserat hastam	*Id. l. 6.*
sæva	Terrificis sævam fundit stridoribus hastam	*Id. l. 12.*
ĭntōrta	Concitat intortam furiatis viribus hastam	*Id. l. 13.*
bēllĭgĕra	Hermes belligera superbus hasta	*Mart. l. 5.*
strīdēns	Stridentesque viri circum caput amovet hastas	*Val. Fl. 6.*
vĭbrāns	Cuncta pavens, fugit infestos vibrantibus hastis	*Id. l. 8.*

EPITH. RECENT. Mārtĭa, fōrtis, mīssĭlis, tĕres, ōblōnga, vūlnĭfĭca, ānsāta.

HASTILE.—*Vid.* HASTA.

vălĭdum	At myrtus validis hastilibus, et bona bello Cornus———	*Vir. 2. Geo.*
cōrnĕum	Cornea bina ferunt præfixo hastilia ferro	*Vir. 5. Æn.*
lēntum	Et nunc lenta manu spargens hastilia densat	*Id. l. 11.*

EPITH. RECENT. sānguĭnĕum, ăhēnum, lōngum, vălĭdum, sŏlĭdum, dūrum.

HAUSTUS.

EPITH. RECENT. ăvĭdus, grātus.

HEBE,

Filia Junonis, dea Juventutis, et Herculis uxor.

Jūnōnĭa	Hoc illi dederat Junonia numeris Hebe	*Ov. 9. Met.*
cælēstis	Nec si cælestem flagrans amor Herculis Heben Senfit———	*Prop. 1.*
fōrmōsa	Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor	*Juv. Sat. 8.*

EPITH. RECENT. nōbĭlis, pūlcher, vĕnūsta, cāndĭda, lāctĕa, ălacris, cōncīnna.

HEBENUS, *vel* EBENUS.

nĭgra —ſola India nigrum—Fert hebenum *Vir.* 2. *Geo.*
Mărcōtĭca —Hebenus Mareotica vaſtos—Non operit poſtes *Luc.*
EPITH. RECENT. dūra, ſplēndĭda, nĭtēns, Inda, fūſca, eōa, ēnōdis, pŏlīta.

HEBRUS, *Thraciæ fluvius.*

Oēāgrĭus Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus *Vir.* 4. *Geo.*
vŏlūcer ——volucremque fuga prævertitur Hebrum *Vir.* 1. *Æn.*
gĕlĭdus Qualis apud gelidi quum flumina concitus Hebri *Id. l.* 12.
ărēnōſus Ibat arenoſo Satyris comitatus ab Hebro *Ov.* 3. *Faſt.*
sācer Et ſacer admiſſas exigit Hebrus aquas *Id. in Ep.*
răpĭdus Rapiduſque campos fertilis Hebrus ſecat *Seneca.*
flŭvĭālis Ad caput tractus fluvialis Hebri *Id.*
Gĕtes Defeciſſe putant Getem Hebrum, &c. *Id.*
cōrnĭger —et mugire refractis—Corniger Hebrus aquis *St.* 7. *Th.*
ſpūmĭfĕr ———non ſpumifer altius Hebrus Gradivo ſpumante rubet—— *Id. l.* 9.
mūrmŭrāns Si ripis ego murmurantis Hebri *Id.* 3. *Syl.*
dīves ———nam rex ego divitis Hebri *Val. Fl.* 4.
ūndāns Tunc et terrificis undantem cornibus Hebrum *Id. l.* 6.
ſpūmāns —contra ſpumantis ad Hebri—Tendis aquas *Claud.*
Odrўsĭus Odryſium pariter Getico fœdavimus Hebrum *Id.*
EPITH. RECENT. Thrācĭus, văgus, tūrbĭdus, īmpĭger, nĭtĭdus, Rhŏdŏpēĭus.

HECATE.—*Vid.* LUNA.

Jovis et Latonæ filia, dea noctis, Umbrarum et Inferorum.

tērgĕmĭna Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ *Vir.* 4. *Æn.*
Pērsĕis Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras *Ov. l.* 7.
trĭceps Tuque triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris *Id. ib.*
Phœbæa Phœbææque Hecates ſomnia vera vides *Id. in Ep.*
trĭfōrmis Hecate triformis in æde cœptis favens *Seneca.*
aūdāx Te latratus audax Hecate dedit *Id.*
Pērsēĭa Hanc reſidens altis Hecate Perſeia lucis *Val. Fl.* 6.
nŏctūrna Sit mihi nocturnæque Hecates noſtrique vigoris *Id. l.* 7.

HECTOR, *Filius Priami, Trojæ regis.*

fĕrōx Non ferox Hector vel acer Deiphobus *Hor.* 4. *Car.*
inclўtus ————per me jacet inclytus Hector *Ov.* 13. *Met.*
impĭger Qui lacerat Danaas impiger Hector opes *Id. in Ep.*
flēbĭlis Raptus et Hæmoniis flebilis Hector equis *Id.* 2. *El.*
fŏrtis Fecit in Andromachem prius hoc fortiſſimus Hector *Id.* 2. *de Ar.*
māgnus Ipſe nec Æneas, nec magnus duceret Hector *St.* 1. *Syl.*
bārbărus Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector *Prop. l.* 3.

EPITH.

EPITH. RECENT. fĕrus, sētōsus ărmĭpŏtēns, sānguĭnĕus, Prĭămēĭus, bēllĭgĕr, Māvōrtĭus, atrox, Phrўgĭus, Trōĭus, fŭrĭbūndus.

HECUBA,

Priami uxor, filia Ciſſei, Thraciæ regis.

Cīſsēis	Ciſſeis prægnans ignes enixa jugales	*Vir. l. 7.*
fœcūnda	Fœcunda in ignis Hecuba, &c.	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. īnfēlīx, āmēns, fūrēns, īnsāna, trīſtis, cāptīva, ānnōſa, lōngæva, Trōjāna.	

HEDERA.

ērrāns	Errantes hederas paſſim cum bacchare tellus	*Vir. in Buc.*
pāllēns	Pallenteſque hederas et amantes litora myrtos	*Vir. 4. Geo.*
lĭgāns	Umbroſæque manent fagus, hederæque ligantes	*Vir. in Cul.*
sērpēns	Serpentes hederæ vix habuere locum	*Id. ob Mæ.*
vĭrēns	Læta quod pubes hedera virenti	*Hor. 1. Car.*
lāſcīvi	Laſcivis hederis ambitioſior	*Id. ib.*
prōcēra	Arctius, atque hedera procera aſtringitur ilex	*Id. Epod.*
flēxĭbĭlis	Vos quoque flexibiles hederæ veniſtis et unà	*Ov. l. 10.*
grāta	——— Hedera et gratiſſima Baccho	*Id. 3. Faſt.*
Bācchĭca	De me meas hedera, Bacchica ſerta comis	*Id. 1. Triſt.*
tĕnāx	Ut tenax hedera, hac et hac arborem implicat errans	*Catul.*
bāccĭfĕra	Hederave mollem—Baccifera religare frontem	*Seneca.*
vīvāx	Vivaces hederas ramus tenet	*Id.*
hĭlăris	——— hilareſque hederas plorata, &c.	*St. 5. Syl.*
vĭctrīx	—— adſtringunt hederis victricibus Indos	*Claud.*
crīnālis	Crinali florens hedera———	*Id.*
	EPITH. RECENT. lævis, rĭgēns, frōndēns, vĭrĭdis, cŏmāns.	

HELENA,

filia Jovis ex Læda, Menelao nupſit, et a Paride poſtea rapta eſt.

Argīva	Ornatus Argivæ Helenæ	*Vir. 1. Æn.*
Lăcæna	Sed me fata mea et ſcelus exitiale Lacænæ	*Id. 6. Æn.*
Lēdæa	——Ledæamque Helenam Trojanus vexit ad urbes	*Id. l. 7.*
ădūltĕra	Jam nec Lacænæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes——	*Hor. 3. Car.*
īnfāmis	Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice	*Hor. in Ep.*
Graĭa	Victus es a timido Graiæ raptore maritæ	*Ov. l. 12.*
Tænărĭa	Aut te Tænariæ faciem culpaſſe mariti	*Id. in Ep.*
Thĕrāpnæa	Proba Therapnææ qui dixerat ante mariti	*Id. 2. Rem.*
Oēbălĭa	Si non Oebalia pellice læſa foret	*Id. ib.*
Spārtāna	Iliacaſque domos facie Spartana———	*Luc. l. 10.*
Ilĭăca	——Iliacæ longe nimboſa ſororis—Africa	*St. l. 4.*

EPITH.

EPITH. RECENT. pūlchra, pērfida, aūrĭcŏma, ĭnīqua, blānda, fōrmōſa, mœcha, cўgnĭgĕna, vĕnūſta.

HELENUS *vates, filius Priami.*

Trōjŭgĕna — Trojugena interpres divûm, qui numina Phœbi — *Vir.* 3. *Æn.*
vātes — Præterea ſi qua eſt Heleno prudentia vati — *Id. ib.*
Dārdānĭus — Quam ſum Dardanio, quum cepi, vate potitus — *Ov. l.* 13.
EPITH. RECENT. Phrўgĭus, Trōjānus, præſcĭus, prōvĭdus.

HELIADES,
filiæ Solis et Clymenes, ſorores Phaethontis.

pōpŭlĕæ — Flebant populeæ juvenem Phaëthonta ſorores — *Val. Fl.* 5.
frōndōſæ — Roſida frondoſæ revocant electra ſorores — *Claud.*
EPITH. RECENT. mœſtæ, mĭsĕræ.

HELICE.—*Vid.* ARCTOS, URSA.

Pārrhăſis — Parrhaſis obliquos Helice quum verteret axes — *Lucan.*
nĭvōſa — Durior terris Helices nivoſæ — *Seneca.*

HELICON, *Bœotiæ mons, Muſis ſacer.*

vĭrēns — Ut ſtudio majore petant Helicona virentem — *Hor.* 2. *Ep.*
ămœnus — ——— qui primus amœna
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam — *Lucr. l.* 1.
cănōrus — ——— procul eſſe canoro — *St.* 1. *Syl.*
Demigrant Helicone Deæ
EPITH. RECENT. Aŏnĭus, Pĭĕrĭus, săcer, cĕlſus, dōctus, vīrgĭnĕus.

HELICONIADES.—*Vid.* MUSÆ.

HELLE,
Athamantis regis Thebarum filia.

Nĕphĕlēĭs — Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles — *Ov. l.* 11.
Phrўxæa — Longaque Phryxeæ ſtagna ſororis adit — *Id.* 4. *Faſt.*
Athămāntis — Et fruſtra pecudem quæres Athamantidos Helles — *Id. ib.*
Æŏlĭa — Quæ ſimul Æoliæ mare me deduxit in Helles — *Id.* 1. *Triſt.*
Nĕphĕlēĭas — Quâ palago nomen Nepheleias attulit Helle — *Luc. l.* 9.
Nērēis — Fluctibus inviſis jam Nereis imperat Helle — *Stat. in Ach.*
păvĭda — Victorem pavidæ Caſtor dum quæreret Helles — *Val. Fl.* 1.
EPITH. RECENT. păvĭda, flēbĭlis, trĕpĭda, infēlix.

HELLESPONTUS,
mare anguſtum Aſiam ab Europa dividens; in eo Helle merſa eſt, et inde nomen habet.

lōngus — Longus in anguſtum quâ clauditur Helleſpontus — *Ov. l.* 13.
răpĭdus — Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto — *Catul.*
Leāndrĭus — Mille rates vidit Leandrius Helleſpontus — *Sil. l.* 8.
EPITH. RECENT. fūrēns, ſævus.

HELLEBORUS.

trīſtis — Suaveolum triſti triſtius helleboro — *Catul.*

HELORUS, *Siciliæ fluvius.*

ſtāgnāns — Exſupero præpinque ſolum ſtagnantis Helori — *Vir. 3. Æn.*
clāmōſus — Sidonias Drepane, atque unum clamoſus Helorus — *Sil. l. 14.*
EPITH. RECENT. præceps, cĭtus, ămœnus.

HELVETII, *Galliæ antiquæ populi.*
EPITH. RECENT. fĕri, ārmĭpŏtēntes, ſævi, trŭces, fĕrōces, gĕnĕrōſi, bēllāces, dūri.

HERBA.

ſuāvis — Tum caſia atque aliis intextus ſuavibus herbæ — *Vir. in Buc.*
mōllis — Dicite, quandoquidem molli conſedimus herba — *Id. ib.*
vĭrĭdis — Aut herba captum viridi, aut armenta ſecutum — *Id. ib.*
tĕnĕra — Quum ros in tenera pecori gratiſſima herba eſt — *Id. ib.*
flōrēns — ——quis humum florentibus herbis Spargeret? — *Id. ib.*
pāllēns — Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas — *Id. ib.*
agrēſtis — Floribus agreſtes herbas variantibus addunt — *Id. in Cul.*
gĕmmāns — Florida quum tellus gemmantes picta per herbas — *Id. ib.*
læta — Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis — *Id. 1. Geo.*
pūbēns — Pubentes herbæ nigro cum lacte veneni — *Id. 4. Æn.*
ſpīnōſa — Quam quum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis — *Ov. 2. Met.*
ōpāca — Abſtrahere inde poteſt, ſed opaca fuſus in herba — *Id. 3. Met.*
ŏdōrāta — Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis — *Id. 2. Faſt.*
fērtĭlis — Fertilis occultas, invenit herba vias — *Id. 3. Faſt.*
Cĕrĕālis — Aſpera rubigo parcas Cerealibus herbis — *Id. 4. Faſt.*
dĕcēns — Suſtulit hoc nymphæ, cinxitque decentibus herbis — *Id. 5. Faſt.*
ūda — Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis — *Id. in Ep.*
sălubris — Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis — *Tib. l. 2.*
sēcrēta — Unus erat tribus in ſecreta lectulus herba — *Prop. l. 4.*
jūcūnda — Nec minus jucundiſſimas herbas eſſe — *Col.*
prŭīnōſa — Nam pruinoſa herba pecudi gravedinem creat — *Id.*
rōſcĭda — Si hœdi roſcidas herbas depaverint — *Id.*
pŏtēns — Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis — *St. 4. Th.*
sălūtĭfĕra — Noſſe ſalutiferas dubiis animantibus herbas — *Id. in Ach.*
mītis — Nec fœtu nemorum gaudent, nec mitibus herbis — *Mart. l. 9.*
mĕdĭca — Sive lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas — *Claud.*
ārēns — Arentes tepidis de collibus eligit herbas — *Id.*
Circæa — Membraque Circæis effœminat acrius herbis — *Id.*
Pæŏnĭa — ——Pæonias nequicquam ad moveris herbas — *Id.*
EPITH. RECENT. rōrāns, sylvēſtris, frāgrāns, flŏrĭda, dēcĭdŭa, ŏlēns, vērsĭcŏlor, hālāns,

hālāns, rŏsĕa, rĕdŏlēns, sĭtĭēns, săpĭda, vīrēns, ŏdōra, īrrĭgŭa, ārēns.

HERCULES,
filius Jovis ex Almena Amphytrionis uxore.

Tȳrīnthĭus	Geryone extincto Tyrinthius attigit arva	*Vir. 7. Æn.*
văgus	Hac arte Pollux et vagus Hercules	*Hor. 3. Car.*
māgnus	Et magni memor Herculis	*Id. l. 4.*
lăbōrĭfĕr	Namque laboriferi quum jam natalis adeſſet Herculis———	*Ov. l. 9.*
ĕxĭmĭus	Herculis eximii ne ſit inulta ſitis	*Prop. l. 4.*
Oēthēus	Appulerat ripæ vaccas Oetheus Iberas	*Id. 6. Faſt.*
fĕrōx	At ille, rupto carcere umbrarum, ferox	*Seneca.*
trux	——— parvuſque minas trucis Alcidæ flexit Priamus	*Id.*
ĭndŏmĭtus	Maliſque tantis Herculem indomitum refer	*Id.*
aūdāx	Audax ire vias irremeabiles	*Id.*
māgnănĭm.	Magnanimus ſpectat pharetras et inutile robur Amphitryoniades	*Val. Fl. 1.*
prŏfūgus	Scilicet in ſolis profugi ſtetit Herculis armis	*Id. l. 3.*
ĭntrĕpĭdus	Intrepiduſque fero riſerit ore puer	*Claud.*
fŏrtis	Forti negatum ſolveret Herculi	*Id.*
	EPITH. RECENT. hīrtus, ānguĭtĕnēns, ĭnclўtus, ĭmpĭger, trĕmēndus, bēllĭpŏtēns, ĭnvĭctus, tūrbĭdus, Amphĭtrўōnĭus, Thēbānus.	

HEREBUS, *ſeu* EREBUS.—*Vid.* TARTARUS.

prŏfūndus	Rupêre Herebi clauſtra profundi	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. dūrus, dīrus, tĕnebrōſus, nĭger, ĭnfīrmus, sĭlēns, ăltus, trīſtis.	

HERMIONE,
Menalai et Helenæ filia.

Lēdæa	Ledæam Hermionem, Lacedæmonioſque hymenæos	*Vir. 3. Æn.*
Spārtāna	Spartanam referas laudibus Hermionem	*Prop. l. 1.*
	EPITH. RECENT. fōrmōſa, dĕcōra, vĕnūſta.	

HERMUS, *Lydiæ fluvius.*

tūrbĭdus	Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus	*Vir. 2. Geo.*
sōrdĭdus	Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro Hermus	*Mart. l. 8.*
fēlix	Gemuit Niſæo palmite felix Hermus	*Claud.*
	EPITH. RECENT. Lўdĭus, dīves, văgus, mĕtāllĭfĕr, ŏpŭlēntus.	

HERO,

Veneris ſacerdos, a Leandro deamata, qui ad Seſtŏn ex Abydo, ut eam inviſeret, tranſnatare ſolebat.

Sēſta	Si cadat unda maris Seſta puella tibi	*Ov. in Ep.*
fōrmōſa	—— tanto formoſis formoſior illa eſt	*Id. ib.*
Sēſtĭas	Contra autem fruſtra ſedet anxia turre ſuprema——Seſtias in ſpeculis	*St. 6. Th.*
	EPITH. RECENT. vĕnūſta, ſpĕcĭōſa, ſpĕctābĭlis.	

HEROS.

māgnănĭ.	——————defunctaque corpora vita Magnanimi Heroes	*Vir. 6. Æn.*
sēmĭdĕus	—nec robora proſunt—Semideûm Heroum	*Stat. 5. Th.*
vĕtus	Aut monſtrare lyra veteres Heroas alumno	*St. in Ach.*
	EPITH. RECENT. māgnus, īnsīgnis, clārus, īnclўtus, gĕnĕrōſus, fōrtis, pōtēns.	

HEROINA.

fōrmōſa	Illic formoſæ veniant chorus heroinæ	*Prop. 1.*

HERUS.—*Vid.* DOMINUS.

HESIODUS, *poeta.*

Aſcræus	Aſcræo quos ante ſeni, quibus ille ſolebat	*Vir. in Buc.*
āgrĭcŏla	Auſa eſt agricolæ Muſa docere ſenes	*Ov. 4. de Pon.*
Bœōtĭus	Non minimum noſtræ profeſſioni contulit Heſiodus Bœotius	*Col.*
	EPITH. RECENT. Hĕlĭcōnĭus, pĕrĭtus.	

HESPERIDES,

Heſperi filiæ, quæ hortum colebant conſitum arboribus aurea mala proferentibus.

Afræ	Credere quæ poſſes ſurrepta ſororibus Afris	*Juv. Sat. 5.*
	EPITH. RECENT. pōmĭfĕrōlæ, vĭgĭles, īnsōmnes, āttēntæ, hōrtŭlānæ.	

HESPERUS,

Africæ rex, frater Atlantis; poeta hunc fabulantur in ſtellam mutatum quæ mane LUCIFER, *et veſpere* VESPER *dicitur.*

rōsĭdus	Heſperus et fuſco roſidus ibat equo	*Ov. 2. Faſt.*
	EPITH. RECENT. nōctĭfĕr, ōccĭdŭus, frīgĭdus, rŭbēns, ūmbrĭfĕr.	

HIAREAS, *ſeu* IARBAS, *Getuliæ rex.*

Gætūlus	Deſtruat, aut captam ducat Gætulus Iarbas	*Vir. 4. Æn.*
Zēlŏtўpus	—— zelotypo juvenis prælatus Hiarbæ	*Juv. Sat. 5.*
	EPITH. RECENT. Lўbĭcus, prŏcāx, Maūrus, prētus, fĕrōx, fŭrēns.	

HIATUS.

pătŭlus	Margine gramineo patulos ſuccinctos hiatus	*Ov. 5. Met.*
tĕnebrōſus	—— ſpecus eſt tenebroſo cœcus hiatu	*Id. 7. Met.*
pătēns	Nunc in patentes terræ hiatus, &c.	*Livius.*

vāstus —— vasto et grave murmur hiatu—Infremuit *Luc. l.* 5.
Sŏphōclæus Grande Sophoclæo carmen bacchamur hiatu *Juv. Sat.* 6.
văcŭus ——vacuo qualis discedit hiatu *Claud.*
EPITH. RECENT. căvus, căvērnōsus, prŏfundus.

HIBISCUS.

grăcĭlis Dum sedat, et gracili fiscillam texit hibisco *Vir. in Buc.*
EPITH. RECENT. vĭrĭdis, tĕnŭis, vĭrens.

HILARITAS.—*Vid.* GAUDIUM, LÆTITIA.

HINNITUS.

ācer —— arrectisque auribus acrem *Sil. l.* 2.
Hinnitum effundens.
EPITH. RECENT. trĕmŭlus, ācūtus, sŏnōrus.

HIPPOCRENE,
Bœotiæ fons, sacer Musis et Apollini.

Agănippis Dicite qua fontes Aganippidos Hippocrene *Ov.* 5. *Fast.*
EPITH. RECENT. clāra, vitrĕa, sacra, Pēgăsæa, Aŏnĭa, Hĕlĭcōnis.

HIPPODAMIA, *Oenomai, regis Elidos.*

Pisæa Pisæam Phrygiis vexit eburnus equus *Ov.* 2. *Trist.*
Lyrnēssis Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles *Id.* 4. *Trist.*
Attrăcis —— indicere bella coegit *Id. in Ep.*
Attracis Æmonios Hippodameia viros
Ischŏmăcha Qualis Ischomachæ Lapithe genus heroinæ *Prop. l.* 2.
EPITH. RECENT. Elæa, vēlōx, cĭta, vŏlucris, præpes.

HYPPOLYTE, *Amazonum regina.*

Thrēĭcĭa Threiciam sexto spoliavit, Amazona baltheo *Virg.*
Măgnēssa Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens *Hor.* 1. *Car.*
fēlix Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla *Prop. l.* 4.
fĕrōx Vidit Hippolyte ferox *Seneca.*
Thērmōdō. Hostisque traxi spolia Thermodontiæ *Id.*
vīrāgo Quoties Areton populata virago—Hippolyte *Claud.*

HIPPOLYTUS,
Thesei et Hippolytes Amazonum reginæ filius.

Vīrbĭus Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello *Vir. l.* 7.
Virbius——
pŭdīcus —neque enim tenebris Diana pudicum *Hor.* 4. *Car.*
Liberat Hippolytum
Thēsēĭus —— quoties flenti Theseius heros *Ov. l.* 15.
Amāzŏnĭus Mittit Amazonio Cressa puella viro *Id. in Ep.*
sĕvērus Talis severi mater Hippolyti fuit *Seneca.*
cāstus, &c. Ille efferatus, castus, intactus, rudis *Id.*
īnsōns Juvenisque castus, crimine incestæ jacet
Pudicus, insons.

EPITH.

EPITH. RECENT. rĭgĭdus, vĕrĕcūndus, fōrmōsus.

HIPPOMENES,

Neptuni nepos, qui Veneris beneficio ſuperavit Atalantem Schœnei regis filiam.

Aŏnĭus	Aonio viſa eſt juveni———	*Ov. l.* 10.
Mĕgărēĭus	Pelle moram, vinces dubium Megareius heros	*Id. ib.*
cŭpĭdus	Vide ego immiti cupidum decurrere campo Hippomenem ———	*St.* 1. *Syl.*

HYPSIPELE,

filia Thoantis, Lemni inſulæ regis.

pūlchra	Errantes ſubito pulchram in mœrore tuetur	*St. l.* 4.
Lēmnĭas	Lemnias auſa refert	*Id. l.* 5.
Lēmnĭa	Jamque pererratis infelix Lemnia campis	*Id. ib.*
ēffĕra	——huc magno curſum rapit effera luctu	*Id. ib.*

HIRCUS.

cōrnĭgĕr	Armatuſque arcu Chiron, et corniger hircus	*Vir. de Sig.*
lævis	Ametque ſalſa lævis hircus æquora	*Hor. in Ep.*
grăvis	An gravis hirſutis cubet hircus in alis	*Id. ib.*
vĭlis	Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum	*Id. in Art.*
ĭmmūndus	Suſtinet immundum ſima capella marem	*Ov.* 2. *de Ar.*
pĭger	Quod preſſa piger hircus in capella	*Mart. l.* 4.

EPITH. RECENT. sălĭēns, sētĭgĕr, hīrsūtus, ŏlĭdus, ăvĭdus, bārbĭgĕr, ĭmbēllis, văgus, ŏlēns, prŏcāx.

HIRUDO.

EPITH. RECENT. pălūſtris, mōrdāx, tĕnāx.

HIRUNDO.

ārgūta	Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo	*Vir.* 1. *Geo.*
gārrŭla	Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo	*Id.* 4. *Geo.*
prænūnc.	——— an veris prænuncia venit hirundo	*Ov.* 2. *Faſt.*
funēſta &	Non tam nocturna volucris funeſta querela	*Prop. l.* 2.
Attĭca	Attica Cecropiis obſtrepit in foliis	
Biſtŏnis	Non quæ tectis Biſtonis ales——Reſidens	*Seneca.*

EPITH. RECENT. văga, agrēſtis, pĕrĕgrīna, lāſcīva, Cēcrŏpĭa, Thrēĭcĭa.

HISPANI, *Hiſpaniæ incolæ.*

vænāles	Subito venale, cohortes Hiſpaniæ, vulgus	*Sil. l.* 13.

EPITH. RECENT. fĕrōces, aūdāces, dūri, sŭpērbi.

HISPANIA, *Europæ natio.*

aūdāx	Gallia, nec latis audax Hiſpania terris	*Tib. l.* 4.
hōrrĭda	Horrida vitanda eſt Hiſpania, Gallicus axis	*Juv. Sat.* 8.

EPITH. RECENT. pūgnax, fērtĭlis, bēllāx, fĕrāx

HISTORIA.

ārgūta	Et caput argutæ præbeat hiſtoriæ	*Prop. l.* 3.
bēlla	Hiſtorias bellas, carmina bella facis	*Mart. l.* 2.

EPITH. RECENT. prætĕrĭta, sĕvēra, vĕtus, āntīqua, cĕlebris, nōbĭlis, nŏva, rĕcēns.

HISTRIO.

EPITH. RECENT. rīdĭcŭlus, hĭlăris, lætus, fāllāx, gārrŭlus, dŏlōsus, mēndāx, ārgūtus, prŏtērvus, scāmĕus.

HŒDI, *fidus.*

nīmbōsi — Sæpe ego nimbosis dubius jactabar ab Hœdis — *Ov. in Trist.*
plŭvĭāles — Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hœdis — *Vir. l. 9.*

HŒDUS.

pĕtŭlcus — — Hœdique petulci——Floribus insultant — *Vir. 4. Geo.*
tĕnĕr — Si tener pleno cadit hœdus anno — *Hor. 3. Car.*
tĕnĕllŭlus — Si puella tenellulo delicatior hœdo — *Catul.*
pĕtŭlāns — Molli petulans hœdus in herba — *Seneca.*

EPITH. RECENT. mōllis, cōrnĭgĕr, văgāns, lāctēns, lāscīvus, ālăcer.

HOMERUS, *poetarum Græcorum illustrissimus.*

Mæŏnĭus — Non si priores Mæonius tenet — *Hor. 4. Car.*
— Sedes Homerus——
māgnus — Tu nihil in magno doctus reprĕndis Homero — *Id. 1. Sat.*
vīnōsus — Laudibus arguitur vini vinosus Homerus — *Id. 1. Ep.*
īnsignis — ——post hos insignis Homerus — *Id. in Art.*
ætĕrnus — Tu canis, æterno quicquid restabat Homero — *Ov. 2. de Pon.*
āntīquus — Sit licet antiquo Nereus adamatus Homero — *Id. 2. de Art.*
Achæus — Inque tuis opifex, vati quid fecit Achæo — *Id. in ib.*
Smўrnæus — Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores — *Luc. l. 9.*
māgnĭlŏq. — Fors et magniloquo non posthabuisset Homero — *St. 5. Syl.*

EPITH. RECENT. Cŏlŏphōnĭăcus, Mæŏnĭdes, săpĭens, dīvīnus, dōctus, Sălămīnĭăcus, săcer, grăvis, grāndis, sūblīmis, āltĭlŏquus, jūcūndus, sōlērs, īmmōrtālis.

HOMICIDA.

EPITH. RECENT. nĕfārĭus, sævus, crūēntus.

HOMO.

mălus — Terra malos homines nunc educat atque pusillos — *Juv. Sat. 15.*

EPITH. RECENT. frăgĭlis, cădūcus, vīlis, mĭsĕr, infēlix, ærūmnōsus, imbĕcillus, incaūtus, sōlērs, prōvĭdus, prŭdēns, mēndāx, fāllāx, ĭnops, bīpes.

HONOR.

invĭdĭōsus — Hic honor in nobis invidiosus erit — *Ov. 6. Fast.*
sōlemnis — Plebs fraudari solemni honore supremum diem tanti viri noluit — *Livius.*
tŭmĭdus — Qui nunc se in tumidum jactando venit honorem — *Prop. 2.*

pŏpŭlāris

pŏpŭlāris	Vita remota ab honore populari	*Cic.*
ămbĭtĭōsus	Quæque patiantur ambitioſi honoris cauſa	*Id.*
ămbĭtus	Fallit et ambitos à principe vendit honores	*Claud.*
prōcĭgĭōsus	Sævit in auctorem prodigioſus honor	*Id.*
	EPITH. RECENT. ēgrĕgĭus, tĕrrēnus, cĕlebris, frăgĭlis, cōnſpĭcŭus, mūndānus, mōllis.	

HORA.

fŭgĭēns	Quod fugiens ſimul hora vexit	*Hor. 3. Car.*
vēlōx	Jungere equos Titan velocibus imperat horis	*Ov. 2. Met.*
prŏpĕrāns	Mortis vicinæ properantes admovet horas	*Lucr. l. 7.*
mōbĭlis	Volat ambiguis mobilis alis hora	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. cĕlĕr, brĕvis, aūrĭcŏma, lēvis, sŭbĭta, răpĭda, fŭgāx, mūtābĭlis, præceps, ăgĭlis.	

HORATIUS, *Poeta.*

lippus	Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere———	*Hor. 1. Sat.*
fidĭcen	Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis Vulgavi fidicen———	*Id. 1. Ep.*
văfer	Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico	*Perſ. Sat. 1.*
Călăber	Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci	*Mart. l. 8.*
	EPITH. RECENT. mōrdāx, ācer, dōctus, ſuāvis, Vĕnŭsīnus.	

HORREUM.

tērrēnum	Quam multæ gracili terrena ſub horrea ferre	*Ov. 5. Triſt.*
pēnsĭle	Oportet penſile horreum, quo imponantur fructus	*Col.*
	EPITH. RECENT. Cĕrĕāle, dīves, plēnum, trĭtĭcĕum, căpāx, văcŭum, āltum, ſtipātum, lignĕum.	

HORROR.

fævus	At me tum primum ſævus circumſtetit horror	*Vir. l. 2. Æn.*
frigĭdus	——mihi frigidus horror—Membra quarit	*Id. 3. Æn.*
trĭmŭlus	Decidere et tremulo ramos horrore movere	*Ov. l. 9.*
lūrĭdus	——————me luridus occupat horror	*Id. l. 14.*
gĕlĭdus	Obſtupui gelidusque comas evexerat horror	*Id. in Ep.*
dīrus	——————diri tum plena horroris imago	*Luc. l. 3.*
nĭger	———niger infecit horror—Terga maris	*Id. l. 5.*
fĕrus	Nix et cærulei Boreæ ferus abſtulit horror	*Val. Fl. 6.*
ēxsānguis	At procul exſanguis Ruſſinum perculit norror	*Claud.*
sērvĭlis	Conſcia, ſervilis præcordia concutit horror	*Id.*
	EPITH. RECENT. sŏnōrus, tērrĭfĭcus, tērrĭbĭlis, āter, Mārtĭus.	

HORTUS.

hālāns	Invitent croceis halantes floribus horti	*Vir. 4. Geo.*
fĕrāx	Laudem feracis predicamus hortuli	*Vir. in Hor.*
mōllis	Pieridas Phæbumque colens in mollibus hortis	*Vir. de ob Mæ.*

īrrĭgŭus	Irriguo nil eſt elutius horto	*Hor.* 1. *Sat.*
cūltus	——et cultis dum ſimplex errat in hortis	*Ov.* 5. *Met.*
rĭgŭus	Ut ſi quis violas, riguoque papavera in horto	*Ov. l.* 10.
sĭrĭēns	Et dare quas ſitiens jam bibat hortus aquas	*Id.* 1. *de Pon*
fērtĭlis	Rura nec in pretio fertilis hortus erat	*Id.* 5. *Faſt.*
pōmōſus	Pomoſiſque ruber cuſtos ponantur in hortis	*Tib. l.* 1.
aūrĭcŏmus	Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis	*Corn. Gal.*
sēptus	Et flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis	*Catul.*
hĭlăris	Quam nitidis hilares collucent fœtibus horti	*Col.*
fœcūndus	Jamque eruca ſalax fœcundo provenit horto	*Id.*
ēxcūltus	Excultoſque jubet, claudamus ut hortos	*Id.*
ālgēns	Algentem modo qui reliquit hortum	*Mart.*
fēlix	Hos Amiternus ager felicibus educat hortis	*Id.*
	EPITH. RECENT. pĭnguis, pōmĭfĕr, rĕdŏlēns, ŏdōrātus, frāgrāns, flōrĭdus, rōſcĭdus, āpricus, vĭrĭdis, plăcĭdus, flōrĭfĕr, gĕnĭālis, ămœnus, pĭctus, ālbēns, lætus, flōrĭcŏmus.	

HOSPES.

mōbĭlis	Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas	*Claud.*
	EPITH. RECENT. dūlcis, grātus, ămīcus, jūcūndus, ūrbānus, bĕnīgnus.	

HOSPITIUM.

cōme	Atque inde comi hoſpitio acceptum	*Livius.*
	EPITH. RECENT. dūlce, ămœnum, grātum, bĕnīgnum, mīte, pătēns.	

HOSTIA.—*Vid.* VICTIMA.

pĭnguis	Nunciat, ac lucos vocet hoſtia pinguis in altos	*Vir. l.* 11.
mўſtĭca	Hoſtiaque è plena myſtica porcus ara	*Tib. l.* 1.
tĕnĕra	Donetur tenera mitior hoſtia	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. plācābĭlis, ŏpīma, ſacra, īnsōns.	

HOSTIS.

ādvĕrſus	Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtes	*Vir. in Buc.*
īnfēſtus	Queis tamen infeſtum pugnans dejecerat hoſtem	*Id. in Cul.*
īmpĭus	Infeſtæ Divis acies, atque impius hoſtis	*Id. in Ætn.*
crūēntus	Acer et Mauri peditis cruentum Vultus in hoſtem——	*Hor.* 1. *Car.*
pĕrfĭdus	Qui perfidis ſe crederet hoſtibus	*Id. l.* 3.
pūgnāx	Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes	*Prop. l.* 3.
ſævus	——ſævus complectitur hoſtem——Hoſtis	*Luc. l.* 3.
bārbărus	O fortunati, fugiens quos barbarus hoſtis	*Id. l.* 4.
fĕrus	Solicitatque feros non æquis viribus hoſtes	*Id. ib.*
trux	——clypeuſque trucem porrectus in hoſtem	*Claud.*
cāllĭdus	Callidus ante pedes venientibus objecit hoſtis	*Id.*
	EPITH. RECENT. ĭnīquus, vĭŏlēntus, lēthĭfĕr, ăcĕrbus, fāllāx, fĕrōx, īnsŏlēns, trŭcŭlēntus, pērnĭcĭōſus, dīrus, bĕllĭger, crūdus, pēſtĭfĕr, insēnſus, sānguĭnŏlēntus.	

HUMERI.

ālbi	Non Chloris, albo ſic humero nitens	*Hor. 2. Car.*
cāndĭdi	Productum bene candidis humeris	*Corn. Gal.*
fōrtes	Et ſi fortibus levi pondus lacertis	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. mūſcŭlōſi, pūlchri, cāndēntes, nĭvĕi, ālbēntes, rōbūſti, lāti, vălĭdi.	

HUMOR.

gĕlĭdus	Vere novo, gelidus canis quum montibus humor	*Vir. 1. Geo.*
lēntus	——noctis lentus non deficit humor	*Id. ib.*
tĕnĕr	Laxant arva ſinus, ſuperat tener omnibus humor	*Id. 2. Geo.*
rōſcĭdus	Roſcido nutrirent humore	*Catul.*
dēflŭēns	Namque defluens humor cæcat oculum	*Col.*
nĕbŭlōſus	Ex his nullis ſurgit humor nebuloſus	*Vitruv.*
lĭquĭdus	Liquidus humor, et uberibus flet omnia guttis	*Lucr. l. 2.*
	EPITH. RECENT. ăquātĭlis, plŭvĭus, ēxūndāns, dūlcis, ſpūmĕus, fūmĭdus, lūcĭdus, frīgĭdus, pīnguis, tĕnāx, mădĭdus, āquĕus.	

HUMUS.——*Vid.* TERRA.

pīnguis	At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta	*Vir. 2. Geo.*
ūda	Et udam ſpernit humum fugiente penna	*Hor. 3. Car.*
dīves	Non tantum ſegetes, alimentaque debita, dives Poſcebatur humus——	*Ov. 1. Met.*
hūmĭda	Frigora dant rami, varios humus humida flores	*Id. 5. Met.*
dūra	Vivat; et in dura ſæpe laboret humo	*Id. 4. Faſt.*
vĭrĭdis	Pars viridem celeri ter pede pulſat humum	*Id. 6. Faſt.*
grāmĭnĕa	Aut in graminea ponere corpus humo	*Id.*
lāta	Quà latam Nereus cærulus ambit humum	*Id.*
sŏlĭda	Et ſolidam longo carmine findit humum	*Id. 1. El.*
mădĭda	Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum	*Id. 2. El.*
immūnda	Collige et immunda ſedulus eſſet humo	*Id. 1. de Art.*
līmōſa	Et quam limoſa canna paluſtris humo	*Id. 1. de Rem.*
ărēnōſa	Nunc in arenoſa laſſa jacebis humo	*Id. 2. de Rem.*
tĕnĕra	Et teneram ferro ſolicitavit humum	*Tib. l. 1.*
fōrmōſa	Aſpice quos ſummittit humus formoſa colores	*Prop. l. 1.*
crētōſa, &c.	Denſa, cretoſaque et uliginoſa humus, &c.	*Col.*
lŭtōſa	Ne lutoſa humus inculcata laborem præbeat	*Id.*
dūlcis	Tum mihi ferrato verſetur robore pallæ Dulcis humus——	*Id.*
cŏmāns	—languentiaque ora comanti—Mergit humo	*St. 5. Th.*
frīgĭda	——es frigida raris——Dentibus aret humus	*Val. Fl. 4.*
	EPITH. RECENT. flōrĭda, fœcūnda, hērbĭda, glēbōa, &c.	

HUNNI, *Scythiæ populi.*

tūrpes	Jam parat inſidias, qui nos aut turpibus Hunnis	*Claud.*
	EPITH. RECENT. pēſtĭfĕri, mīnāces, fĕri, bēllĭgĕri, tōrvi.	

HYACINTHUS,

Adoleſcens Laconicus, quem Poetæ in hunc florem mutatum eſſe fingunt.

rŭbēns Munera ſunt, lauri, et ſuave rubens hyacinthus *Vir. in Buc.*
fĕrrūgĭnĕus Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos *Id.* 4. *Geo.*
nĭvĕus, &c. Nec non vel niveos, et cæruleos hyacinthos , *Col.*
Oēbālĭus Oebalius flammas juſſit abire puer *Mart.*
EPITH. RECENT. pūrpŭrĕus, blāndus, rōsĕus, mōllis, flōrēns, tĕnĕr, dūlcis, cāndĭdus, pūlcher, lūtĕŏlus, rŭber.

HYADES,

Septem ſtellæ in Tauri capite, quæ, quoties naſcuntur, vel occidunt, pluvias creant. Filiæ ex Æthra Atlantis ſunt.

īnsĕrēnæ Non tantis Hyas inſerena nimbis *Stat.* 1. *Syl.*
nīmbōſæ Nimboſaque Taurum ducat Hyas *Claud.*
EPITH. RECENT. trīſtes, plŭvĭæ, nūbĭlæ, ūdæ, īmbrĭfĕræ.

HYBLA, *Siciliæ mons mellis ferax.*

Trinacris Et careat dulci Trinacris Hybla thymo *Ov.* 5. *Triſt.*
āīta Altaque quàm multis florent Hybla thymis *Id.* 2. *de Pont.*
Sĭcŭla Nam neque quot flores Sicula naſcuntur in Hybla *Id. in ib.*
cŏrŏcĕa Sicanii croceæ deſcendant montibus Hyblæ *Col.*
flōrĭda Florida per varios, ut pingitur Hybla colores *Mart. l.* 2.
fĕrtĭlis Pubeſcunt virgulta velis, ut fertilis Hybla *Claud.*
EPITH. RECENT. mĕllĭfĕra, flōrĭcŏma, hĕrbōſa.

HYDASPES, *Indiæ fluvius.*

Mēdus ——nec populi Parthorum, nec Medus Hydaſpes *Vir.* 4. *Geo.*
fābŭlōſus —vel quæ loca fabuloſus—Lambit Hydaſpes *Hor.* 1. *Car.*
Nīſæus Quà rapidus Ganges, et quà Niſæus Hydaſpes *Luc. l.* 8.
gĕmmĭfĕr Tepidis Hydaſpes gemmifer currens equis *Seneca.*
dives Ruraque dives cingat Hydaſpes *Id.*
aūrĭfĕr ———auriferum veniam poturus Hydaſpem *Claud.*
EPITH. RECENT. Nābāthæus, lēnis, gĕmmĕus.

HYDRA,

Serpens Lernæus, cui, quum Hercules caput unum amputabat, duo protinus renaſcebantur.

rĕnāſcēns Cumve renaſcentem tereret velociter Hydram *Vir.*
ſtrīdēns ——ac bellua Lernæ—Horrendum ſtridens *Id.* 6. *Æn.*
īmmānis Quinquaginta atris immanis hyatibus Hydra *Id. ib.*
Lĕrnæa Lernæus turba capitum circumſtetit anguis *Id. l.* 8.
dīra ————diram qui contudit Hydram *Hor.* 1. *Ep.*
cŏlubrĭfĕra Torva colubriferi ſuperavit lumina monſtri *Ov.* 5. *Met.*
rāmōſa ————ſqualet triplici ramoſa corona *St.* 4. *Th.*
Hydra recens obitu——

ĭmprŏba	Improba Niliacis quid facit hydra feris?	*Mart. l.* 5.
vĭrēns	Lernæamque virens obſiderat Hydra paludem	*Claud.*
	EPITH. RECENT. Argŏlis, sŭpērba, nŏcēns, fĕrōx, mūltĭplex, hōrrēnda, frīgĭda, rĕdīvīva, tŭmēns, pūllŭlāns.	

HYDROPS.

dīrus	Creſcit indulgens ſibi dirus Hydrops	*Hor.* 2. *Car.*
	EPITH. RECENT. sĭtĭēns, īnsătŭrātus, tūrgĭdus, īnflātus, tŭmĭdus, ăquōſus, pāllĭdus.	

HYDRUS.

ĭmmānis	Invertêre, ſatis immanis dentibus hydri	*Vir.* 2. *Geo.*
tūrpis	Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros	*Ov.* 4. *Met.*
ſtrīdēns	Ora reducentem premit, ac ſtridentibus hydris	*St. l.* 11.
nĭger	——et nigris amplectitur hydris	*Val. Fl.* 2.
ſævus	Tercentum ſævis ſquallentem ſuſtulit hydris	*Id. l.* 6.
Cādmæus	Ac tibi Cadmæi dum ſeminis exeat hydri	*Id. l.* 7.
Echĭŏnĭus	Sævaque Echionii ferro ſata perſequar hydri	*Id. l.* 8.
Gōrgŏnĕus	——Gorgoneiſque premens aſſibilat hydris	*Claud.*
tōrvus	——torvos auro circumligat hydros	*Id.*
	EPITH. RECENT. līvēns, răbĭdus, cærŭlĕus, ĭntōrtus.	

HYEMS, *ſeu* HIEMS.

ăquōſa	Sithoniaſque nives hiemes ſubeamus aquoſæ	*Vir. in Buc.*
ĭgnāva	Nudus ara, ſere nudus, hyems ignava colono	*Id.* 1. *Geo.*
trĭſtis	Et quum triſtis hiems etiam nunc frigore ſaxa Rumperet———	*Id.* 4. *Geo.*
dūra	Sive duram metuens hiemem parceſque futuro	*Id. ib.*
glăcĭālis	Stringit aquas tenues ut glacialis hiems	*Id. de Gla.*
āſpĕra	——ſæpe illos aſpera Ponti—Interclusit hiems	*Id.* 3. *Æn.*
ātra	Atra ſubegit hiems veſtris ſuccedere terris	*Id. l.* 7.
ācris	Solvitur acris hiems grata vice veris	*Hor.* 1. *Car.*
ĭnfōrmis	Informes hyemes reducit Jupiter	*Id. l.* 2.
lēthālis	Sic lethalis hiems paulatim in pectora venit	*Ov.* 2. *Met.*
hōrrĭda	Inde ſenilis hiems tremulo venit horrida paſſu	*Id. l.* 15.
ĭmprōba	Improba pugnat hiems, indignaturque———	*Id.* 1. *Triſt.*
pĭgra	Quas tibi devitias pigra miniſtrat hiems	*Id.* 3. *El.*
gĕlĭda	Inſignis annus hieme gelida ac nivoſa fuit	*Livius.*
fĕra	Quum fera ponit hiems, &c.	*St.* 5. *Th.*
Ædŏnĭa	Dulcius Ædonias hiemes——	*Id. ib.*
fĕrrĕa	———et ferrea nimbis—Certat hiems	*Id. ib.*
Æŏlĭa	Rumpitur Æolia, et longam indignata quietem Tollit hiems———	*Id. l.* 12.
Sārmătĭca	Sarmaticaſque hiemes, Iſtrumque et pallida Rheni—Frigora	*Id.* 1. *Syl.*
dēfōrmis	—ſedeſque tuetur—Perpetuas deformis hiems	*Sil. l.* 3.
ĭmbrĭfĕra	Imbriferamque hiemem permiſta grandine torquet	*Id. ib.*

immĭtis	——auſtri nebuloſam vertice frontem Immitis condebat hiems——	*Id. l.* 12.
cæca	——ut cæca profundo——Currit hiems	*Val. Fl.*
Aquĭlōnĭa	—præceps Aquilonia nimbis—Venit hiems	*Id. l.* 6.
frigĭda	Frigida ter decies nudatum fontibus Hæmum Tendit hiems veſtire gelu——	*Claud.*
ārmāta	—cui fundit ab antris—Æolus armatas hiemes	*Id.*
tūrbĭda	——vaſtis quæ turbida ſylvis—Spargit hiems	*Id.*
Ægæa	Ægæas hiemes, Ioniumque domat	*Id.*
	EPITH. RECENT. plŭvĭōſa, ſæva, vēntōſa, atrox, mălīgna, fĕrōx, sīgnis, cāna, grăvis, plŭvĭālis, nĭvōſa, Bŏrĕālis, măla, nīmbōſa, invīſa.	

HYLAS,
Theodamantis filius, ab Hercule ſupra modum deamatus.

tĕnĕr	Naiadumque tener crimine raptus Hylas	*Ov. 2. de Art.*
Thĕŏdām.	Theodamanteo proximus ardor Hylæ	*Prop. l.* 1.
fōrmōſus	Formoſum Nymphis credere viſus Hylan	*Id. ib.*
Hĕrcŭlĕus	Fulmina et Herculei prædatrix cedat alumni	*Stat.* 1. *Syl.*
clārus	Clarus Hylas, ſaltuſque tuos fonteſque pererrat	*Val. Fl.* 3.
pārvus	Certa moræ; nec parvus Hylas	*Id.*
	EPITH. RECENT. pūlcher, īnfēlīx.	

HYMEN, *ſeu* HYMENÆUS,
Nuptiarum deus, filius Bacchi et Veneris.

fōrmōſus	Turpia formoſus corpora jungit Hymen	*Ovid.*
clārus	——poſſet claro comitari Hymenæo	*Lucr. l.* 1.
	EPITH. RECENT. lætus, pūlcher, mītis, dūlcis, mōllis, blāndus, hŏnēſtus, tædĭfĕra, fēſtus.	

HYMETTUS,
Atticæ mons, clarus apibus et melle.

flōrēns	Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti	*Ov. l.* 5.
Actæus	Nariciæ picis aut Actæi mellis Hymetti	*Col.*
Thēſēus	Hoc tibi Theſei populatrix mettit Hymetti	*Mart. l.* 13.
vĕrnus	Florea per verni qualis juga duxit Hymetti	*Val. Fl.* 5.
ŏlens	——et olentis arator Hymetti	*St. l.* 12.
	EPITH. RECENT. Cēcrŏpĭus, pūlcher, vĭrĭdis, tĕpĭdus, Cĕrĕālis.	

HYMNUS.—*Vid.* CANTUS.

HYPANIS, *Scythiæ fluvius.*

sŏnāns	Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſuſque Caycus	*Vir.* 4. *Geo.*

I.

IACCHUS.—*Vid.* BACCHUS.

lēnis	Exoritur, leniſque ſimul procedit Iacchus	*Claud.*
dūlcis	At metimus læti tua munera dulcis Iacchi	*Col.*
Ogўgiŭs	Luxus et Ogygii ſi quando afflavit Iacchi	*St. l.* 2. *Th.*

JACTURA.——*Vid.* DAMNUM.

JACULUM.

vēlōx	Velocis jaculi certamina ponit in ulmo	*Vir.* 2. *Geo.*
ăcūtum	Telorum ſeges et jaculis increvit acutis	*Id.* 3. *Æn.*
ſtrīdēns	Infelix fugit in jaculo ſtridente Camilla	*Id. l.* 11.
lĕve	Antè levi jaculo longum per inane ſecutus	*Id. l.* 12.
læve	Et modo læve manu jaculum, modo ſumpſerat arcum	*Ov.* 2. *Met.*
vŏlāns	—ferrumque Diana volanti—Abſtulerat jaculo	*Id. l.* 8.
trĕmŭlum	Aut tremulum excuſſo jaculum vibrare lacerto	*Id. in Ep.*
lēthāle	Multi inopes teli jaculum lethale revulſum	*Luc. l.* 3.
întōrtum	——verba ocyus acer——Intorto ſancit jaculo	*Sil. l.* 1.
Maūrum	Metiri jaculove extendere prælia Mauro	*Id. l.* 3.
vŏlucre	Aut ſaxis, fundaque alius jaculoque volucri	*Id. l.* 9.
āles	Infert, et jaculo circumvolat alite campum	*Id.*
	EPITH. RECENT. āſpĕrum, lēthĭfĕrum, vūlnĭfĭcum, fūlmĭnĕum, cŏrūſcum.	

JACULUS.—*Vid.* SERPENS.

vŏlucer	Et natrix violator, aquæ jaculique volucres	*Luc. l.* 9.

IAMBUS.

crīmĭnōſus	Quem criminoſis cumque voles modum Pones iambis———	*Hor.* 1. *Car.*
cĕlĕr	Fervor et in celeres iambos—Miſit furentem	*Id.*
lībĕr	Liber in adverſos hoſtes ſtringatur iambus	*Ov.* 1. *de Rem.*
pūgnāx	Utque repertori nocuit pugnacis iambi	*Id. in ib.*
trux	——deſiſſemque truces vibrare iambos	*Catul.*
ūltor	Carmina ſive minax ultorem ſtringit iambum	*St.* 2. *Syl.*
	EPITH. RECENT. cĭtus, præpes, fĕrōx, fĕrus, trīſtis, lāſcīvus, vūlnĭfĭcus, lachrўmōſus, trāgĭcus, hōrrēndus, mōrdĭcus, răbĭdus, Lўcāmbēus.	

JANITOR.

EPITH. RECENT. vĭgĭl, fĭdus, āſsĭdŭus.

JANUA.

firma	Clauditur et dura janua firma ſera	*Tib. l.* 2.
	EPITH. RECENT. dūra, ærĕa, fērrĕa, crūdēlis, līgnĕa, ſtrīdēns, ăpērta, claūſa, vălĭda, pătēns, sŭpērba, sūblīmis.	

JANUARIUS, *menſis.*

EPITH. RECENT. brūmālis, ſtĕrĭlis, gĕlĭdus, tōrpēns, nĭvĕus, glăcĭālis, ĭnērs, pĭger, nīmbōſus.

JANUS,

Deus, qui Annis, paci et bello præerat; bifrons pingebatur ante et a tergo videns.

bĭfrōns	Saturnuſque ſenex, Janique bifrontis imago	*Vir. l.* 7.
bĕllĭgĕr	Ferrea belligeri compeſcat lumina Jani	*Luc. l.* 1.
mātūtĭnus	Matutine frater ſeu Jane libentius audis	*Hor.* 2. *Sat.*
ăncĕps	Dicitur ancipiti peperiſſe Venelia Jano	*Ov. l.* 14.
bĭcĕps	Jane biceps, anni tacite labentis origo	*Id.* 1. *Faſt.*
bĭfōrmis	——quem tamen eſſe dicam te Jane biformis?	*Id. ib.*
săcer	Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Janus	*Id. ib.*
clāvĭgĕr	Emenſus longi claviger orbis iter	*Id. ib.*
păcĭfĭcus	Quorum pacificus ter ampliavit Janus nomina———	*Mart. l.* 8.

EPITH. RECENT. gĕmĭnus, ăntĭquus.

JAPETUS, *Cœli et Terræ.*

trux	Japeti poſt bella trucis Phlegræque labores	*Val. Fl.* 1.

EPITH. RECENT. dīrus, ſævus, pŏtēns.

IARBAS.—*Vid.* HYARBAS.

IAPIX.—*Vid.* CAURUS, *ſeu* CORUS.

IASON,

Filius Æſonis, regis Theſſaliæ. Dux fuit expeditionis Argonautarum ad rapiendum aureum vellus ex Æta Colchorum rege.

cāndĭdus	Ut Argonautas præter omnes candidum Medea mirata eſt ducem———	*Hor. Epod.*
clārus	Multaque perpeſſi claro ſub Iaſone tandem	*Ov. l.* 7.
Hæmŏnĭus	In caput Hæmonii juvenis torquere parantes	*Id. ib.*
Pĕgăſæus	Longius it auctor teli Pegaſæus Iaſon	*Id.* 8. *Met.*
Pĕlăſgus	Quod ſi fortè verum non dedignare Pelaſgum	*Id. Ep. Med.*
Æsŏnĭus	Æſonio juveni, quod rogat illa, damus	*Id. ib.*
fōrmōſus	Et formoſus eras, et me mea fata trahebant	*Id. ib.*
pērfĭdus	Perfide ſenſiſti, quis enim celat amorem?	*Id. ib.*
ēffĕrus	——ſi cioſque appellat Iaſon——Efferus	*St.* 5. *Th.*
āſpĕr	Talia dicta dabat, quum protinus aſper Iaſon	*Val. Fl.* 4.
Thĕſſălĭcus	Theſſalici da bella ducis	*Id. l.* 5.
Thĕſſălus	Debita Ææis dux Theſſalus appulit oris	*Id. ib.*
Albānus	Annuitur thalamis Albani virgo tyranni	*Id. ib.*
Achīvus	Juno duci ſociam conjungere quærit Achivo	*Id. l.* 6.
ſŭpĕrbus	——quoque hunc videam virtute ſuperbum	*Id. ib.*
trux	Filia prima trucis vocem mirata tyranni	*Id. l.* 7.

EPITH. RECENT. fāllāx, ācer, pērjūrus.

IASPIS.

fūlva —atque illi ſtellatus iaſpide fulva—Enſis erat *Vir. 4. Æn.*
Eōa Electro pollens et iaſpide clarus Eoa *St. 4. Th.*
præclāra ————præclara illi claudatur iaſpis *Juv. Sat. 5.*
vĭrĭdis ————viridique anguſtat iaſpide pectus *Claud.*
tĕres Collectæ tereti nodantur iaſpide veſtes *Id.*
EPITH. RECENT. vĭrens, rŭtĭla, effŭlgens, pŭlchra, clāra.

IBERIA.—*Vid.* HISPANIA.

dĭſcŏlor Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas *Val. Fl. 6.*

IBERUS,
Fluvius Hiſpaniæ, unde dicitur Iberia.

răpĭdus ——et rapidum deprenſus Iberum *Luc. l. 4.*
dīves ——Rhodanuſque celer, et dives Iberus *Claud.*
ēxtrēmus Erret, ut extremos alter ſcrutetur Iberos *Id.*
EPITH. RECENT. vēlĭvŏlus, aūrĭfĕr.

IBERI.—*Vid.* HISPANI *et* HISPANIA.

ICARUS, *Dædali filius.*

Dædălēus Jam Dædaleo ocior Icaro *Hor. 2. Car.*
EPITH. RECENT. aūdāx, īnfēlix, tĕmĕrārĭus, āmens, pīnnātus, īmprūdens, mērſus.

ICHNEUMON.

pērnĭcĭōſus Delectat Marium ſi pernicioſus ichneumon *Mart. l. 7.*
EPITH. RECENT. caūtus, sōlers, pūgnāx, ăgĭlis, prōvĭdus.

ICTUS.

mōrtĭfĕr Eſt etiam mortifer ſerpentis ictus *Col.*
vălĭdus ——validos dum præbeat ictus—Sanguis *Luc. l. 3.*
īncĭtātus Fractum incitatis ictibus guttur ſonet *Seneca.*
flāmmĕus Quem quærit, aut quo flammeos ictus parat *Id.*
vĕhĕmens Nimirum, quia quum vehementi perculit ictu *Lucr. l. 6.*
dūrus Idem nunc roſtro, duris nunc ictibus alæ *Sil. l. 4.*
lēthĭfĕr Dexteriore gena ſedit cui lethifer ictus *Id. l. 7.*
crĕpĭtāns Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas *Id. l. 10.*
lēthālis Victorem aſſequitur, lethalique occupat ictu *Id.*
rĕsŏnus Puppis in obliquum reſonos latus accipit ictus *Val. Fl.*
vēntōſus Pampineamque quatit ventoſis ictibus haſtam *Id. l. 2.*
fŏrtis ————tum forti ſaucius ictu—Diffiluit *Claud.*
EPITH. RECENT. hōrrĭfĭcus, rĕsūltāns, vĭŏlēntus, sŏnōrus, hōrrĭsŏnus.

IDA, *Phrygiæ mons.*

Phrўgĭa Et viſco, et Phrygiæ ſervant pice lentius Idæ *Vir. 4. Geo.*
āquōſa Nec quas Priamides in aquoſæ vallibus Idæ *Ov. 4. Faſt.*
ārdŭa Ardua jam dudum reſonat tinnitibus Ida *Id. ib.*
ămœna Dyndimon, et Cybelen, amœnam fontibus Idam *Id. ib.*
ŏpāca Dii temerè errabant in opacæ vallibus Idæ *Id. 6. Faſt.*

hūmĭda Corpora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ida — *Id.* 10. *Met.*
ſacra Implevitque ſacram querulis ululatibus Idam — *Id. in Ep.*
ālta Ar Venus hoc pacta eſt, et in altæ vallibus Idæ — *Id. ib.*
pĭnĭfĕra Piniferamque Idam falſus luſtraverat ales — *Id. ib.*
clīvōſa Qualem clivoſæ madidis in vallibus Idæ — *Id.* 1. *El.*
nĕmŏrōſa Forte ſub umbroſis nemoroſæ vallibus Idæ — *Id.* 1. *de Art.*
vĭrĭdis Viridem citus adit Idam, &c. — *Catul.*
Dārdănĭa Nec ſi Dardania temerarius paſtor ab Ida — *St.* 1. *Syl.*
pĕrfĭda ——rumpe moras, ſine perfida palleat Ida — *St. in Ach.*
frōndōſa Pars et frondoſæ raptis expreſſerat Idæ — *Val. Fl.* 2.
gĕlĭda Interea gelidæ ſecretis partibus Idæ — *Claud.*
EPITH. RECENT. fœcūnda, mūltĭfōns, frōndĭfĕra, cuprēſsĭfĕra, Ilĭa, Dārdăna.

IDA, *Cretenſis.*

Crētæa Dictamnum genetrix Cretæa carpit ab Ida — *Vir. l.* 12.
ærĭsŏna Haud ſecus ærisona volucer quum Dædalus Ida — *Val. Fl.* 1.

IDALIUM,
Cypri oppidum, Veneri ſacrum.

frōndōſum Quique regis Colchos, quique Ialium frondoſum — *Catul.*

IDOLUM.

EPITH. RECENT. vānum, prŏfānum, fūtĭle, frăgĭle.

IDUME, *Phæniciæ urbs.*

flōrēns Pacis iter quam dulce nemus florentis Idumes — *St.* 3. *Syl.*
pālmĭfĕra Palmiferamque ſenex bello domabit Idumen — *Sil. l.* 3.
EPITH. RECENT. fĕrax, frăgrāns, ămœna, dīves.

JECUR.

fĕrvēns Fervens difficili bile tumet jecur — *Hor.* 1. *Car.*
EPITH. RECENT. călĭdum, pālpĭtāns, ārdēns.

JEJUNIUM.

EPITH. RECENT. lānguĭdum, trīſte, atrum, dūrum, lōngum, ăcērbum, măcĭlēntum, pĭum, sānctum.

JESUS, *mundi ſalvator.*

EPITH. RECENT. sālvātor, sērvātor, sălūtĭfĕr, mītis, clēmēns, ămābĭlis, pācĭfĭcus, bĕnīgnus, pātĭēns.

IGNAVIA.

ĭnĕrs Sed inertis ignaviæ, ſomniculoſæque ſenectutis — *Cic.*
tŏrpēns Et nunquam vigili torquens ignavia vultu — *St. l.* 10.
EPITH. RECENT. tūrpis, dēĭis, lānguĭda, tĭtŭbāns.

IGNIS.

torrĭdus	Et Lædæ ſoboles, et cancri torridus ignis	*Vir. de Sig.*
ăvĭdus	Et circa geminos avidus ſibi temperat ignis	*Id. in Æt.*
rŭtĭlus	Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni	*Id.* 1. *Geo.*
ĕdāx	Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento Volvitur———	*Id.* 2. *Æn.*
fūmĭfĕr	——fumiferos infert Mezentius ignes	*Id. l.* 9.
cŏrūſcus	Igni coruſco nubila dividens	*Hor.* 1. *Car.*
cĕlĕr	———————nec peredit Impoſitam celer ignibus Ætnam	*Id. l.* 3.
lĕvis	Igne levi ceræ matutinæque pruinæ	*Ov.* 3. *Met.*
nĭtĭdus	——— nitidos vertuntur in ignes	*Id.* 8. *Met.*
ĭnfĕſtus	Me reor infeſto (quem tonat) igne peti	*Id.* 1. *Triſt.*
āter	Conde tuas Hymenæe faces, et ab ignibus atris	*Id.* 1. *Faſt.*
răpĭdus	Sic nunquam rapido lampades ignes vacent	*Id.* 1. *Pont.*
ŏdōrātus	Omnit odoratis ignibus ara calet	*Id. ib.*
ăvārus	———has omnes ignis avarus habet	*Prop. l.* 2.
æſtīvus	Tu quoque, qui æſtivos ſpatioſius exigis ignes	*Id. l.* 3.
sĭccus	Quæ lacerum corpus ſiccos effundat in agros	*Luc. l.* 8.
thūrĭcrĕm.	Votaque thuricremos non irrita fudit in ignes	*Luc. l.* 9.
rĕsŏnāns	Ignis Ætnæis reſonans caminis	*Seneca.*
văgus	Hærere amantes poſt vagos ignes ſolent	*Id.*
pĕnĕtrābĭl.	Nec penetrabilem ignem, &c.	*Lucr. l.* 1.
æſtĭfĕr	Æſtifer ignis uti lumen jacit ut vaporem	*Id. ib.*
sūbtĭlis	Dicere enim poſſis cœleſtem fulminis ignem Subtilem magis——	*Id. l.* 2.
călĭdus	——jam calidos ignes gelidamque pruinam	*Id. ib.*
trĕmŭlus	—— rubrum tremulis jubar ignibus erigere alte	*Id. l.* 4.
vŏlāns	Unde volans ignis pervenerit	*Id. l.* 6.
lĭquĭdus	Devolet in terram liquidi color aureus ignis	*Id. ib.*
Vŭlcānĭus	Lacte novo profuſus edet Vulcanius ignis	*St.* 1. *Th.*
ĭmpĭus	Templa Jovis, quid enim hoc licetum ferat impius ignis	*Id. l.* 5.
Ætnæus	Ætnæos quoque contorquente faucibus ignis	*Sil. l.* 8.
fervĭdus	Tum face conjecta populatur fervidus ignis	*Id. l.* 10.
rōsĕus	Efflantes roſeum frænis ſpumantibus ignem	*Claud.*

EPITH. RECENT. flāmmĕus, vŏrāx, vŏlŭcer, rădĭāns, ĭncāndēns, fĭrmāns, vĭŏlēntus, rŭbēns, lūcĭdus, ārdēns, flagrāns, ſplēndĭdus, flāmmĭger, flāmmĭfer, fūmōſus, mĭcāns, pūnĭcĕus, nĕbŭlōſus, flāmmĭvŏmus.

IGNOMINIA.—*Vid.* INFAMIA.

EPITH. RECENT. dāmnōſa, măcŭlōſa.

IGNORANTIA.

EPITH. RECENT. tūrpis, rŭdis, nōxĭa.

ILEX.—*Vid.* QUERCUS.

cāva	Sæpe ſiniſtra cava prædixit ab ilice cornix	*Vir. in Buc.*
nigra	Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas	*Id.*
frondēns	Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam	*Id. 5. Æn.*
ŏpāca	Talis erat ſpecies auri frondentis opaca Ilice————	*Id. 6. Æn.*
lĭtŏrĕa	Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus	*Id. l. 8.*
trĕmēns	Frangit trementes ilices	*Hor. in Ep.*
vĭrĭdis	Flavaque de viridi ſtillabant ilice mella	*Ov. 1. Met.*
rāmōſa	Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix	*Id. l. 8.*
cūrvāta	Enodiſque abies, curvataque glandibus ilex	*Id. l. 10.*
nōdōſa	Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex	*Lucr. l. 3.*
ūmbrōſa	Quum piger umbroſa populatus in ilice ſerpens	*St. 5. Th.*
hīrsūta	Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice conjux	*Mart. l. 6.*

EPITH. RECENT. ālta, ātra, pătŭla.

ILIA, *ſeu Rhea Sylvia,*
Virgo veſtalis, fuit filia Numitoris, et Romuli et Remi mater.

Trōĭca	Troica quem peperit ſacerdos	*Hor. 3. Car.*
Rōmāna	Romana vigui clarior Ilia	*Id. ib.*
Dārdăna	———— niſi Dardana furto Cepiſſet Martem, nec me prohibente ſacerdos	*St. 1. Syl.*
Mārtĭa	Martia fluminea poſuit latus Ilia ripa	*Id.*

ILIA, *pro viſceribus.*
EPITH. RECENT. vēntōſa, crāſſa, întĭma.

ILION, *ſeu* ILIUM, *ſeu* ILIOS.

sŭpērbum	———— ceciditque ſuperbum——Ilium	*Vir. 3. Æn.*
ſacrum	Et pugnata ſacro bella ſub Ilio	*Hor. 3. Car.*
crĕmātum	Genſque cremato fortis ab Ilio	*Id. l. 4.*
ūſtum	Quum Pallas uſto vertit iram ab Ilio	*Id. in Epod.*
āltum	Poſtquam alta cremata eſt Ilios	*Ov. 14. Met.*

EPITH. RECENT. inclȳtum, pŏtēns, dīrŭtum.

ILLECEBRÆ.

dūlces	Dulcibus illa quidem illecebres, et ſæpe ſuperbos	*Vir. 3. Geo.*

EPITH. RECENT. blāndæ, fāllāces, dŏlōſæ, mōlles, ſuāves, ĭnānes, pĕtŭlāntes, mŭlĭēbres, mītes, fœmĭnĭcæ, pŏtēntes.

ILLUVIES.—*Vid.* COLLUVIES, SORDES.

ILLYRIA,
regio Europæ Epiro contermina.

gĕlida	An tibi ſum gelida vilior Illyria?	*Prop. l. 1.*

EPITH. RECENT. bēllĭca, dīves.

IMAGO.

cērĕa	An quæ movere cereas imagines	*Hor. Ep.*
aūrāta	Quorum imagines ad forum auratæ ſtant	*Cato.*

EPITH.

EPITH. RECENT. vāna, ærĕa, pĭcta, ēxscŭlpta, dĕcōra, cūlta, lūcĭda, ſpirāns, sŭpērba.

IMBER.

āter	Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris	*Vir.* 1. *Geo.*
frigĭdus	Frigidus agricolam ſi quando continet imber	*Id. ib.*
fœcūndus	Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther	*Id.* 2. *Geo.*
cærŭlĕus	Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber	*Id.* 3. *Æn.*
ēffūſus	——— quum effuſis imbribus atra	*Id.* 5. *Æn.*
	Tempeſtas———	
tūrbĭdus	———ruit æthere toto	*Id. ib.*
	Turbidus imber aqua———	
æquŏrĕus	Æquoreo madidas quæ premit imbre comas	*Ov.* 4. *de Pon.*
lārgĭfĭcus	Grando miſta imbri largifico, &c.	*Cic.*
Deūcălīōn.	Deucalionæos fudiſſet Aquarius imbres	*Luc. l.* 5.
hībērnus	Et ſteriles egeant hibernis imbribus agris	*Id. l.* 8.
īntēmpēſtīv.	Intempeſtivis ex imbribus humida tellus	*Lucr. l.* 6.
gĕlĭdus	—ubi in gelidum propriè demerſimus imbrem	*Id. ib.*
vāgus	Adde vagos imbres, tempeſtateſque volantes	*Id. ib.*
ſpūmĕus	Exhalat calidam nubem non ſpumeus imber	*St.* 4. *Th.*
īnsānus	Excipere inſanos imbres, cælique ruinas	*Sil. l.* 11.
sāxĕus	———— tunc ſaxeus imber——Ingruit	*Id. l.* 13.

EPITH. RECENT. vēntōſus, rēpēntīnus, ſævus, mădēns, dēflŭus, nĭger, sŏnōrus, vivĭfĭcus, nĭvōſus, ăquōſus, flŭĭdus, præceps, tērrĭfĭcus, nīmbōſus, ſtrīdēns.

IMBREX.

EPITH. RECENT. āltus, cūrvus, dūrus.

IMITATIO.

EPITH. RECENT. sēdŭla, jūſta.

IMITATOR.—*Vid.* ÆMULUS.

IMMANITAS.—*Vid.* FERITAS.

IMPERIUM.

sŭpērbum	——— rex deinde ſuperbo——Imperio	*Vir.* 8. *Æn.*
dūrum	Inſultant duro imperio, non dura, nec æqui	*Sil. l.* 13.

EPITH. RECENT. vĭŏlēntum, ĭnīquum, īmmīte, întŏlĕrāndum, dūlce, ſuāve, ămīcum, blāndum, grātum, bĕnīgnum, fēlix, însŏlēns, pŏtēns.

IMPETUS.

fævus	Nec fævus Arcturi cadentis——Impetus	*Hor.* 3. *Car.*
vīvĭdus	Demiſit hoſtem vividus impetus	*Id. l.* 4.
vāſtus	Ferrata vaſto diruit impetu	*Id. ib.*
pĕrīcŭlōſus	——— periculoſuſque ſequentium impetus	*Livius.*
īnfēſtus	Non ſuſtinueſſent tam infeſtum impetum	*Id.*
vĕhĕmēns	Quod ſolis vehemens impetus propter nullam obſtantiam umbrarum eripit	*Vitruv.*

fŭrĭbūndus	Siſte furibundum impetum	*Seneca.*
dēmēns	Compeſce dementem impetum	*Id.*
fĕrus	Tandem laſſa feros exuat impetus	*Id.*
vĭŏlēntus	Mitto violentum impetum doloris	*Id.*
fĕrōx	Victor feroces impetus primos habet	*Id.*
īrātus	Factura terram prono et viato impetu	*Id.*
fŭrĭālis	Siſte furialem impetum	*Id.*
ēffrænus	Currus effræno impetu——Effugit aciem	*Id.*
vălĭdus	Tranſmittunt valido quatiens impete campos	*Lucr. l.* 2.
ācer	Poſt ubi commovit vis ejus et impetus acer	*Id. l.* 6.
trĕmŭlus	Nubes et tremulo tempeſtas impete fulget	*Id. ib.*
cĕlĕr	—— hanc ob rem celeri volat impete labans	*Id. ib.*
prōclīvus	—— e proclivus item minus impetus undis.	*Id. ib.*
āmēns	—— primus ſalit impetus amens—E foribus	*St. 7. Th.*
vīvus	—— vivuſque per armos——Impetus	*Id. 1. Syl.*

EPITH. RECENT. mĭnāx, fŭrĭōſus, vēsānus, cĭtātus, hōſtĭlis, fĕrvēns, ſcĕlĕrātus, pŏtēns, præcēps, ălăcer, frĕmēns.

IMPIETAS.

fĕra	Atque alias alio denſat ſuper agmine turmas Impietas fera——	*Vir. in Cul.*

EPITH. RECENT. aūdāx, ăvāra, āmbĭtĭōſa, sŭpērba, crūdēlis, ſtūlta, tĕmĕrārĭa, crūda, dīra, atrōx.

IMPROBITAS.—*Vid.* SCELUS, CRIMEN.

IMPRUDENTIA.

EPITH. RECENT. cæca, præcēps, tĕmĕrārĭa.

IMPUDENTIA.

impŭdĭca	Putavi mihi repremendam eſſe Publii Clodii impudicam impudentiam.	*Cic.*

INACHUS, *primus Argivorum Rex.*

ăntīquus	Antiqui genus Inachi	*Seneca.*

EPITH. RECENT. Argīvus, Graĭus.

INCENDIUM.

clārum	———dant clara incendia lucem	*Vir. 2. Æn.*
ĭmpĭum	Impia ſubjectis fugere incendia pennis	*Ov. l.* 13.
atrum	Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit	*St. 4. Th.*
Vĕsŭvĭnum	Jamque et flere pio Veſuvina incendia cantu	*Id. l.* 5.
văgum	Et vaga per colles cervice incendia jactent	*Sil. l.* 7.
Vulcānĭum	Per juga, per valles errat Vulcania peſtis	*Id. ib.*
ăſpĕrum	———— quæque aſpera ſemper	*Val. Fl.* 7.

Perpetior duræ jamdudum incendia mentis

EPITH. RECENT. fūrēns, vēsānum, fūrĭbūndum, pŏtēns, fūmōſum, trīſte, lēthāle, nigrum, vŏrāx, ſævum.

INCESTUM, *ſeu* INCESTUS.

EPITH. RECENT. nĕfāndum, ſcĕlĕrātum, ĭmpūrum, ĭmpĭum, ārcānum.

INCLEMENTIA.
EPITH. RECENT. fæva, dira, dūra.

INCOLA.—*Vid.* CIVIS, COLONUS.

INCOMMODUM.—*Vid.* DAMNUM.

injūſtum ācērbum — Mea ſcribendo injuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt — *Cic.*

INCONSTANTIA.—*Vid.* LEVITAS, FORTUNA.

INCREDULITAS.
EPITH. RECENT. sŭpērba, ōbdūrāta.

INCUNABULA.—*Vid.* CUNÆ.

INCURIA.
EPITH. RECENT. diſsŏlūta, tārda, lēnta, sēgnis, dēſes.

INCURSUS.
EPITH. RECENT. văgus, sŭbĭtus, răpĭdus.

INCUS.

Sĭcŭla Æŏlĭa — Martius incaluit Siculis incudibus enſis — *Luc. l. 7.*
Brachia et Ætoliis deſunt incudibus ignes — *St. 1. Th.*
EPITH. RECENT. rĭgĭda, nigra, hōrrĭsŏna, Ætnæa, fērrĕa, grăvis, Vūlcānĭa, dūra.

INDAGO.—*Vid.* RETE, CASSES.

INDI, *Indiæ incolæ.*

cŏlōrāti — Uſque coloratis omnis devexus ab Indis — *Vir. 4. Geo.*
sĭtĭentes — Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos — *Id. ib.*
dēpexi — Interea Liber depexos crinibus Indos—Vincit — *Ov. 3. Faſt.*
dēcŏlōres — Et quaſcunque bibit decolor Indus——Vincit — *Id. 5. Triſt.*
Eōi — Pſittacus Eois ales mihi miſſus ab Indis — *Id. 2. El.*
nigri — Andromeden Perſeus nigris portarit ab Indis — *Id. 1. de Art.*
lōngĭnqui — Quid ſi longinquos miles retineret ad Indos? — *Prop. l. 2.*
dītes — Arma deus Cæſar dites meditatur ad Indos — *Id. l. 3.*
rubri — Lucet in aure lapis, rubris invectus ab Indis — *Sil. l. 12.*
ŏdōrāti — Qualis odoratis deſcendis Liber ab Indis — *Id. l. 17.*
grăcĭles — His emitur, quicquid graciles huc mittitis Indi — *Juv. Sat. 6.*
ōbſcūri — Et Mauri celeres, et Mauro obſcurior Indus — *Id. Sat. 11.*
EPITH. RECENT. lōngævi, Mēmnŏnĕi, gēmmĭfĕri, fūſci, ŏdōrĭfĕri, ēxtrēmi, ĭmbĕlles, ārdēntes, ūſti, pīcti.

INDIA, *Aſiæ pars celeberrima.*

dīves — Theſauris Arabum et divitis Indiæ — *Hor. 3. Car.*
dēcŏlor — Decolor extremo qua cingitur India Gange — *Ov. 4. Met.*
tōſta — Solus in Lybia, Indiaque toſta — *Catul.*
thўrsўgĕra — Et tu thryſygerâ Liber ab India — *Sen.*
EPITH. RECENT. nigra, gēmmĭfĕra, aūrĭfĕra, rĕmōta, ŏpŭlēnta, ĕbūrnĕa.

INDIGNATIO.—*Vid.* IRA.

INDOLES.—*Vid.* INGENIUM.

INDUCIÆ.

EPITH. RECENT. pāctæ, jūrātæ, brĕves.

INDULGENTIA.

EPITH. RECENT. blānda, mītis, plăcĭda, ămīca, făcĭlis, grāta.

INDUSTRIA.

EPITH. RECENT. sōlērs, sēdūla, vĭgĭl, săgāx, cāllĭda, aūdāx, īngĕnĭōsa.

INEPTIA, *seu* INEPTIÆ.

īndŏcĭlis	Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi	*Pers.*

INERTIA.

sĕpūlta	Paulum sepultæ distat inertiæ	*Hor.* 4. *Car.*
mōllis	Mollis inertia cum tantam diffuderit imis Oblivionem sensibus	*Id. in Epod.*

EPITH. RECENT. hōrrĭbĭlis, măcŭlōsa, tūrpis, probrōsa, pŭdēnda, pĕrēnnis, īngēns.

INFANS.

pārvus	Nam fierent juvenes subito ex infantibus parvis	*Lucr. l.* 1.
flēbĭlis	Hic reptat flebilis infans	*St.* 6. *Th.*
vāgĭēns	Et vagientes intus audit infantes	*Mart. l.* 11.

EPITH. RECENT. pārvŭlus, blāndus, tĕnĕr.

INFANTIA.

EPITH. RECENT. tĕnĕra, lāctēns, vāgĭēns, blānda, rŭdis, crūda.

INFERIÆ, *mortuorum sacra.*

mĭsĕræ	Advenio has miseras, frater, ad inferias	*Catul.*

EPITH. RECENT. crūdēles, trīstes, lūgūbres.

INFERI.—*Vid.* INFERNUS, TARTARUS.

INFERNUS.—*Vid.* TARTARUS.

EPITH. RECENT. āter, ŏpācus, hōrrēndus, prŏfūndus, trīstis, mæstus, trĕmēndus, lūrĭdus, tĕnebrōsus, &c.

INFORTUNIUM.

EPITH. RECENT. trīste, grăve, ăcērbum, īnfāndum, dūrum, crūdēle.

INFULA.

rīnéa	Lanea dum nivea circumdatur infula vitta	*Vir.* 4. *Geo.*
longa	Ambiat ut fulvas infula longa comas	*Ov.* 3. *de Pon.*
sacrāta	Sed cur sacratas deripis capiti infulas	*Seneca.*
alba	Albaque puniceas interplicat infula vittas	*St.* 4. *Th.*

EPITH.

EPITH. RECENT. pūlchra, ſplēndĭda, mĭcāns, lūcēns, gēmmāta, aūrĕa.

INGENIUM.

præclārum Perquam præclarum plus micat ingenium *Corn. Gall.*
mōbĭle ——ingenia noſtrorum ſunt mobilia *Liv.*
vĕgĕtum —vegetum ingenium in vivido pectore vigebat *Id.*
EPITH. RECENT. vēlōx, ăcūtum, præſtāns, săgāx, dŏcĭle, dīvīnum, cāndĭdum, fērtĭle, rūde, dūrum, ĭnērs, crāſſum, cūltum, tārdum, sūbtīle.

INGLUVIES.——*Vid.* GULA.

ātra ——————hic piſcibus atram *Vir. 3. Geo.*
Improbus ingluviem, raniſque loquacibus implet
prŏfūnda ——————quorumque profundam *Claud.*
Ingluviem non Ægæus, non alta Propontis
EPITH. RECENT. vŏrāx, fœda, ĭnēxplēbĭlis, dīra, īmpröba, lūrĭda, pătēns, ēbrĭa.

INGUEN.

sētōſum Et læva veſtem ſetoſa ſub inguina fulcit *Vir. in Mor.*
ōbſcœnum Inguen ad obſcœnum ſubductis uſque facetus *Hor. 1. Sat.*
rubrum Quique rubro pavidas inguine terret aves *Ov. 1. Faſt.*
tŭmĭdum Et tumidum cornu durius inguen erat *Id. 2. Faſt.*
ūdum —quid enim ulla negaverit udis—Inguinibus *Juv. Sat. 10.*
crāſſum Craſſa nec oppoſito pavidus tegit inguina gutto *Id. Sat. 11.*

INIMICITIA.

trux Ira truces inimicitias, funebre bellum *Hor. 1. Ep.*
ăcērba Nullæ ſunt inimicitiæ, niſi amoris, acerbæ *Prop. l. 2.*
grăvis Cavendum eſt ne in graves inimicitias amicitiæ ſe convertant *Cicero.*
hōſtĭlis Publicas inimicitias et hoſtiles eſſe *Livius.*
EPITH. RECENT. vīpĕrĕa, crūdēlis, fūnēſta, ſæva, īmplācābĭlis, immītis.

INIMICUS.——*Vid.* HOSTIS.

atrox Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras *Vir. 1. Geo.*

INJURIA.

atrox —tam atroces et indignas injurias ab legato, &c. *Livius.*
ĭntŏlĕrābĭl. Niſi quædam intolerabilis admodum injuria exarſerit *Cicero.*
EPITH. RECENT. ĭnīqua, grăvis, dīra, ſæva.

INO,

Filia Cadmi; uxor Athamantis, Thebarum rex. In deam marinam mutata fingitur.

flēbĭlis Sit Medea ferox, invictaque flebilis Ino *Hor. in Art.*
Cādmēĭa Nereidumque choris Cadmeia cingitur Ino
EPITH. RECENT. Thēbāna, Athămāntĭa.

INOPIA.——*Vid.* EGESTAS, PAUPERTAS.

INSANIA.

scĕlĕrāta	Sævit amor ferri, et scelerata insania belli	*Vir. l.* 7.
	EPITH. RECENT. præceps, fŭrĭbūnda, fērvēns, tĭtŭbāns, āmēns, ārdēns, vĭŏlēnta, cæca, răbĭda, ēffrænis.	

ISCITIA.

EPITH. RECENT. stŭpĭda, rŭdis.

INSIDIÆ.

ōbscūræ	Obscuris subsidere insidiis jussit	*Livius.*
crūdēles	—crudeles insidias in rempublicam factas, &c.	*Cicero.*
ābscōndĭtæ	In tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus, &c.	*Id.*
tūrpes	Ausa ducis scelus, et turpes primordia belli	*St.* 3. *Th.*
	Insidias———	
fāllāces	——insidiis quid nunc fallacibus ambit	*Val. Fl.* 5.
nĕfāndæ	——qui forte nefandas—Jam parat insidias	*Claud.*
bĭlīngues	Tollite Massylas fraudes, removete bilingues	*Id.*
	Insidias———	
	EPITH. RECENT. lătēntes, nĕfārĭæ, hōstīles, ĭnīquæ, sævæ, ōccūltæ.	

INSOMNIUM —*Vid.* SOMNIUM.

fālsum	Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes	*Vir.* 6. *Æn.*
	EPITH. RECENT. vānum, fāllāx, ĭnāne, mēndāx, nōctūrnum.	

INSTITA.

lōnga	Quæque tegis medios instita longa pedes	*Ov.* 1. *de Art.*

INSULA.

dīves	Vatum, divitibus consecrat insulis	*Hor.* [illegible] *Car.*
sāxōsa	Inarime, non antiqui saxosa Telonis insula	*Sil.* [illegible]
	EPITH. RECENT. rĕmŏrōsa, fērtĭlis, fĕrax, lāta, ūda, mădĭda, stĕrĭlis.	

INTEGRITAS.

illībāta	Illibatam servant integritatem	*Col.* [illegible]

INTERITUS.—*Vid.* MORS, EXITIUM.

INTYBUS.

sylvēstris	Et intybi sylvestris ac nigri papaveris flores	*Col.*

INVIDIA.

ōblīqua	————quem gloria Turni	*Vir. l.* 10.
	Obliqua invidia, stimulisque agitabat	
acris	Quum genus hoc inter vitæ versetur ubi acris	*Hor.* 1 *Sat.*
	Invidia———	
cæca	Cæca invidia est, Patres conscripti, &c.	*Livius.*
pĕstĭlēns	Non pestilens invidia, non fragilis favor	*Sen.*
ægra	—animos subiit furor, ægraque lætis—Invidia	*St.* 1. [illegible]

trux

trux	——trucem ſecreta coquebat—Invidiam	*Id. l. 2.*
infēlix	Invidia infelix vitæ vitalia videt	*Id. 2. Syl.*
prāva	——prava obtrectante ſuorum—Invidia	*Sil. l. 16.*
inhūmāna	Lector inhumana liber ab invidia	*Mart. l. 7.*
mĭnāx	——cadat iſte minacis—Invidiæ cumulus	*Claud.*
fūrēns	Eſt aliquod meriti ſpatium, quod nulla furentis Invidiæ menſura capit——	*Id.*
	EPITH. RECENT. nĕfārĭa, nōxĭa, gliſcēns, ārdēns, ĭnīqua, trīſtis, pāllĭda, mōrdāx, līvēns, pēſtĭlēns.	

INULA.

ăcĭda	Atque acidas mavult inulas——	*Hor. 1. Sat.*
ămāra	——inulas ego primus amaras Monſtravi incoquere——	*Id. ib.*
trīſtis	Cappacis et triſtis inulæ, ferulæque minaces	*Col. l. 9.*

IO, *ſeu* ISIS,

Filia Inachi, regis Argivorum, quam Jupiter in vaccam mutavit.

vāga	Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes	*Hor. in Art.*
cāndĭda	—ſi candida juſſerit Io—Ibit ad Ægypti finem	*Juv. Sat. 6.*
	EPITH. RECENT. Mēmphītis, Inăchĭa, Phărĭa, Nilĭăca, Argīva, Argŏlĭca.	

JOCUS.

vĕnēnātus	Nulla venenato litera miſta joco eſt	*Ov. 2. Triſt.*
jūcūndus	Nec data jucundis tempora pauca jocis	*Id. 2. de Pon.*
dūlcis	——conveniunt dulcibus illa jocis	*Id. 3. de Art.*
lætus	Miſcenda eſt lætis rara repulſa jocis	*Id. ib.*
fūrtīvus	Celent furtivos balnea multa joços	*Id. ib.*
sŏlūtus	Ab riſu, et ſoluto joco res advocabatur	*Livius.*
rīdēns	Et ridens jocus et ſales protervi	*St. 1. Syl.*
hīlāris	Hilareſque joci brumalem abſumere noctem Suaſerunt——	*Id. l. 4.*
	EPITH. RECENT. ſcūrrĭlis, lĭbĕrālis, rīdĭcŭlus, lāſcīvus, blāndus, ōrnātus, mōllis, grātus, lēvis, pĕtūlcus, lĕpĭdus, ārgūtus, plăcĭdus, tūrpis, ĭnānis.	

IOLE,

Filia Eurytī, regis Laconiæ, ab Hercule amata, qui eam, occiſo patre, abduxit.

Eūrytis	Eurytidos lachrymas, admoto pollice, ſiccat	*Ov. l. 6.*
Cōa	Dicitur et Coæ ſediſſe in veſte puellæ	*Id. in Ep.*

IONIA, *Aſiæ minoris regio.*

dīves	Nec Latium nôrat, quem præbet Ionia dives	*Ov. 6. Faſt.*
mōllis	At tu ſeu mollis qua tendit Ionia	*Prop. l. 1.*
	EPITH. RECENT. fœcūnda, ŏpīma, cūlta.	

IOPAS, *Citharœdi celebris nomen.*

crīnītus ——cithara crinitus Iopas—Perſonat aurata *Vir.* 1. *Æn.*
EPITH. RECENT. pūlcher, jūcūndus, mūsĭcus.

IPHIGENIA, *Agamemnonis filia.*

Mўcēnis Suppoſita fertur mutaſſe Mycenea cerva *Ov. l.* 12.
Pĕlŏpēĭa Hic pro ſuppoſita virgo Pelopeia cerva *Id.* 4. *Triſt.*
Agămēm. Agamemnoniæ ferrum cervice puellæ—Tinxit *Prop. l.* 4.

IRA.

trīſtis Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras *Vir. in Buc.*
hŏrrĭbĭl. Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras *Id.* 3. *Geo.*
ĭmplācābĭl. Implacabilis ira jacet vivi alitis eſca *Id. in Cul.*
răbĭda ———rabida ex ira tum corda reſidunt *Id. l.* 6.
ĭmmānis Deſerit inceptum, atque immani concitus ira *Id. l.* 9.
crŭēnta Quem cruenta per medias rupit ira cædes *Hor.* 3. *Car.*
căpĭtālis Hectora Priamidem animoſum atque inter Achillem—Ira fuit capitalis *Id.* 1. *Sat.*
tŭmĭda ——utque animus tumida fervebat ab ira *Ov.* 2. *Met.*
ĭndŏmĭta Tum vero indomitas ardeſcit vulgus in iras *Id.* 5. *Met.*
fĕrvēns Sæpe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem *Id.* 8. *Met.*
mĕmŏr Exercet memores plusquam civiliter iras *Id.* 12. *Met.*
cæca Cæcaque me prædam fecerat ira ſuam *Id.* 1. *El.*
trux Candida pax homines, trux decet ira feras *Id.* 3. *de Art.*
fæva Hoc etiam fævas paulatim mitigat iras *Ov.* 4. *Triſt.*
atrox Ex hac clade atrox ira majoris cauſa fuit *Livius.*
călĭda Rumpit Cæſar iter, calida prolatus ab ira *Luc. l.* 2.
vĭŏlēnta Conſumptis precibus, violentam tranſit in iram *Luc. l.* 8.
vīvāx Vivaces aget violentus iras animus *Seneca.*
ĭmpĭa Atreus capita devota impiæ—Speculatur iræ *Seneca.*
ācris Quin proclivius hic iras decurrat ad acres *Lucr. l.* 3.
ăcērba Quum tribuit facta atque iras adjunxit acerbas *Id. l.* 5.
răpĭda Sed ducis infandi rapidæ non hactenus iræ *St.* 3. *Th.*
cōmmōta Obliquaſque preces commotæ queſtibus iræ *Id. ib.*
fœda Perculerit, fœdaſque palam ſatiaverit iras *Id. ib.*
ārmĭgĕra Degere, et armigeras laſſare aſſueverat iras *Id. l.* 6.
aūdāx ——ſteterit audaces effuſus in iras *Id. l.* 7.
ĭmsāna —lachrymaſque inſana reſorbet—Ira patris *Id. ib.*
rŭbēns E foribus, cæcumque nefas, iræque rubentis *Id. ib.*
prōmpta Confeſſus timidè, promptamque coercuit iram *Id. l.* 11.
crūdēlis Nec fera crudeles Colchis durâſſet in iras *Id.* 2. *Syl.*
fūlmĭnĕa Fulminea torvum exclamat Marcellus ab ira *Sil. l.* 1.
mœſta Correptos arcus ter mœſta movit ab ira *Id. l.* 2.
ăccēnſa Senſit et accenſa ductor violentius ira *Id. l.* 4.
mōbĭlis ———ſed mobilis ira——Turbati vulgi *Id. l.* 8.
ārdēns Junonem ardenti trepidam gravis increpat ira *Val. Fl.* 4.
sānguĭnĕa Et quæ ſanguinea Lunæ diſtrinxit ab ira *Id. l.* 7.
hirta ———hirtæque genis pallentibus iræ *Id. l.* 8.
ūltrix Enſis et ultrices in ſe converterat iras *Claud.*
fūrēns Ira furens ſtrictis odio mucronibus explet *Id.*

EPITH.

EPITH. RECENT. Stygĭa, ĭmprŏba, aūdāx, nōxĭa, dīſcōrs, ſpūmāns, vĕnēnōſa, præceps, frĕmēns, mĭnāx, vĭtĭōſa, hōrrĭda, hōſtilis, ĭnfrænis, fĕrōx, grăvis, tōrva, nŏcēns, vēsā-na, fērvĭda.

IRACUNDIA.—*Vid.* IRA.

IRIS,
Thaumantis et Electræ filia, et Junonis nuncia.

Thaūmānt.	Thaumantis proles variante veſte figuras	*Vir. in Iri.*
clāra	Clara ſub æthereis fulget Thaumantia proles	*Id. ib.*
rōſcĭda	Ergo iris croceis per cœlum roſcida pennis	*Id. 4. Æn.*
aĕrĭa	—et aëriam cœlo nam Jupiter Iram—Demiſit	*Id. ib.*
Jūnōnĭa	Quaſque rates Iris Junonia pæne cremârat	*Ov. l. 14.*
Thaūmānt.	Nec mora Romuleos cum virgine Thaumantæa	*Id. ib.*
cūrvāta	Curvata pĭcto nunciat nimbos ſinu	*Seneca.*
dīſcŏlor	Huc ſe cæruleo libravit ab æthere virgo Diſcolor————	*St. l. 10.*
ĭmbrĭfĕra	Imbrifera potitur Thaumantide Juno	*Id. 4. Sil.*
grăvis	Neve gravis ſubita te premat Iris aqua	*Mart. l. 4.*
vēlōx	Velocem roſeis demittit nubibus Irim	*Val. Fl. 4.*
vŏlucris	———volucrem nunc aſpicit Irim	*Id. l. 7.*
ūda	Udaque pingatur radiis obſtantibus Iris	*Claud.*

EPITH. RECENT. dĕcōra, cŏrūſca, pĭcta.

IRUS,
Pauper Ithacenſis, vel *Dulichius, quem Ulyſſes occidit.*

Dūlĭchĭus	Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro	*Prop. l. 3.*

EPITH. RECENT. mĭsĕr, ĭnops, ĕgēns, mēn-dīcus, paūpĕr.

ISIS, *ſeu* IO.—*Vid.* IO.

ISMARUS, *Thraciæ mons.*

EPITH. RECENT. āſpĕr, rĭgĭdus, dūrus.

ISMENOS, *Bœotiæ fluvius.*

cĕlĕr	Celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho	*Ov. 2. Met.*
răpĭdus	Ubi torva rapidus ducat Iſmenos vada	*Seneca.*

ISTER, *alias* DANUBIUS,
Maximus Europæ fluvius, in mare Euxinum fluens.

tūrbĭdus	Turbidus et torquens flaventes Iſter arenas	*Vir. 3. Geo.*
lātus	Latus ubi æquoreis Iſter aditur aquis	*Ov. 5. Triſt.*
bĭnōmĭnis	Stat vetus urbs ripæ vicina binominis Iſtri	*Id. 1. de Pon.*
gĕlĭdus	Accipe colloquium gelido Naſonis ab Iſtro	*Id. 2. de Pon.*
bārbărus	Et coit adſtrictis barbarus Iſter aquis?	*Id. 3. de Pon.*
frīgĭdus	Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit	*Id. in Ibin.*
Scythĭcus	Maſſagetas Scythicus non alliget Iſter	*Luc. l. 2.*
mūltĭfĭdus	Multifidi Peucen unum caput alluit Iſtri	*Id. l. 3.*
tōrrēns	Properatque torrens Iſter, &c.	*Seneca.*

sēptēmgĕm.

septemgĕm. Non ſeptemgemini memorem quas exitus Iſtri *Val. Fl. 4.*
tōrvus Torvus ubi et ripa ſemper metuendus utraque *Id. l. 8.*
ūndāns Neſcit et undantem quamvis hinc hauriat Iſtrum *Claud.*
EPITH. RECENT. māgnus, rĭgĭdus, sŏnāns, glăcĭālis, Gērmānĭcus, vāſtus, ſpūmāns, Rhætĭcus, Arctĭcus, ālgĭdus.

ISTHMUS, *ſeu* ISTHMOS.

bĭmăris Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab iſthmo *Ov. 6. Met.*
tĕnŭis Iſthmos qua tenuis acer utrinque mare *Prop. l. 5.*
grăcĭlis Qui ſecat et geminum gracilis mare ſeparat iſthmos *Luc. l. 1.*
ēxĭlis Et bina findens Iſthmos exilis freta *Seneca.*
Dōrĭcus ——quas Doricus alligat undis—Iſthmos *St. 2. Th.*
Sisўphĭus Quem quæ Siſyphio fundavit nomen ab iſthmo *Sil. l. 14.*
EPITH. RECENT. āngūſtus, cĭrcŭmflŭus.

ITALIA, *Italiæ incolæ.—Vid.* ITALIA.

ITALIA,
Europæ pars, olim imperii Romani ſedes.

Sātūrnĭa Salve magne parens frugum, Saturnia tellus *Vir. 2. Geo.*
EPITH. RECENT. dīves, sŭpērba, nōbĭlis, Mārtĭa, bēllĭca, illūſtris, gĕnĕrōſa, fērtĭlis, fĕrāx, pŏtēns, fœcūnda, ŏpŭlēnta.

ITYS,
Terei regis Thraciæ filius.

Iſmărĭus Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn *Ov. in Ep.*
Thrēĭcĭus Deflet Threicium Daulias ales Ityn *Id. ib.*

JUBA.

dēnſa Denſa juba, et dextra jactata recumbit in armo *Vir. 3. Geo.*
flāva Pictaque per flavas arma levare jubas *Prop. l. 4.*
hīrsūta Et galea hirſuta compta lupina juba *Id. ib.*
rŭtĭla Rutilam ferox toroſa cervice quate jubam *Catul.*
rĭgēns ——rigentes—Suppliciter poſuêre jubas *St. 4. Th.*
tĕrrĭbĭlis Terribileſque jubas, et frontem caſſidis horrent *Id. l. 10.*
rĭgĭda Cui rigidis ſtant colla jubis *Id. 1. Syl.*
mĭnāx ——cervice minaces—Defluxêre jubæ *Claud.*
EPITH. RECENT. cŏmāns, hōrrēns, hīrta, ĕquīna.

JUBA, *Mauritaniæ rex.*

Cīnўphĭus ——————Numidaſque rebelles Cinyphiumque Jubam——— *Ov. l. 8.*
māgnănĭm. Perfida magnanimi contudit arma Jubæ *Id. 4. Faſt.*
Maūrus Non tam læta tulit victor ſpectacula Maurus *Luc. l. 4.*
ſcēptrĭfĕr ————Lybiamque jubent auctore Senatu Sceptrifero parere Jubæ——— *Luc. l. 5.*

īnfidus	——ſi regna times projecta ſub Auſtro Infidumque Jubam——	*Id. l.* 8.
	EPITH. RECENT. pŏtēns, Afrĭcus.	

JUBAR.

rŭbēns	Purpureoque rubens ſurgat jubar aureus oſtro	*Vir. in Æt.*
clārum	Et clarum emicuit ſole oriente jubar	*Id. de ort. Sol.*
flāmmĭfĕr.	Flammiferumque jubar terræque poloque reduxit	*Id. ib.*
cŏrūſcum	Et te coruſcum lucis ætheriæ jubar	*Seneca.*
rubrum	Jamque rubrum tremulis jubar ignibus erigere alte	*Lucr. l.* 4
trĕmŭlum	Sed terris adeo tremulum jubar hæſitat ignis	*Id. l.* 5.
nĭtĭdum	——ardenti nitidum jubar evocat alto	*Val. Fl.* 3.
mūltĭfĭd.	Multifidum jubar, et biſſeno ſidere textam	*Id. l.* 4.
æſtivum	Æſtivum tolerare jubar, tranſnare ſonoras	*Claud.*
	EPITH. RECENT. rŭtĭlum, ignĭfĕrum, pūrpŭrĕum, flāmmĕum, aūrātum, pērſpĭcŭum, cāndĭdum, līmpĭdum, sūblīme, ēffūlgēns, cœlēſte, sōlāre, aūrĭcŏmum, ārdēns.	

JUDEX.

grăvis	Inde gravis judex, inde ſeverus eques	*Ov.* 3. *El.*
æquus, &c.	Ingenioſi, et periti, et æqui judicis partes	*Cic.*
	EPITH. RECENT. sĕvĕrus, dūrus, tērrĭbĭlis, īmmōbĭlis, tetrĭcus, grăvis, sānctus, incōrrūptus, întĕgĕr.	

JUDICIUM.

pĕracre	Ipſe Cæſar habet peracre judicium	*Cic.*
cēnsōrĭum	Utrum cenſorium judicium grave velis eſſe	*Id.*
	EPITH. RECENT. ācre, grăve, hōrrĭfĭcum, rēctum, jūſtum, æquum, prūdēns, ĭnjūſtum, ĭnīquum, īmprūdēns.	

JUGERA.

lăbĕfăcta	Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor	*Vir.* 2. *Geo.*
	EPITH. RECENT. flōrĭda, cūlta, pīnguĭa, aprīca, hērbōſa, dūmōſa.	

JUGUM.

lōrātum	Sub juga parentes cogit lorata juvencos	*Vir. in Mor.*
ăhēnĕum	Diductoſque jugo cogit aheneo	*Hor.* 3. *Car.*
tūrpe	——eripe turpi—Colla jugo liber	*Id.* 2. *Sat.*
cūrvum	Præbet et in curvo colla premenda jugo	*Ov.* 4. *Triſt.*
pāndum	Ducam ruricolas ſub juga panda boves	*Id.* 1. *de Pon.*
plaūſtrārĭ.	Juga plauſtraria duo, aſinarium unum	*Cato.*
sōrdĭdum	Fortaſſe faciet, ſordido premitur jugo	*Seneca.*
āſpĕrum	—tamen aſpera rerum—Perpetimur juga	*Val. Fl.* 3.
ĕxĭtĭāle	——quonam uſque feremus—Exitiale jugum	*Claud.*

cūrtum	Et curtum temone jugum victæque triremis	
fĕrrĕum	Hic sub juga ferrea mittit——Cornipedes	
	EPITH. RECENT. trīste, īntŏlĕrābĭle, sērvīle, īnsuāve, suāve, mīte, grātum.	

JUGUM *Mortis.*

ăcclīvum	Leviter acclivo constituêre jugo	*Ov. 5. Fast.*
mōntānum	Ut modo montanis sylva recisa jugis	*Id. 3. de Art.*
frōndōsum	Nunc infrondosis retia tende jugis	*Id. 1. de Rem.*
săxōsum	Tu quoque saxoso præcipitare jugo	*Id. in Ibin.*
mūscōsum	Roscida muscosis antra tenere jugis	*Prop. l. 2.*
spīnōsum	Tu cape spinosi roscida terga jugi	*Id. l. 4.*
frōndĕum	Montis et incurvis claudunt juga frondea sylvis	*St. 2. Th.*
ăspĕrum	——— aspera circum —— Stant juga	*d. l. 6.*
ăquōsum	——quantusque jugis Erymanthon aquosis	*Id. 4. Syl.*
	Terrueris——	
nĕmŏrōsum	——— ac circa nemorosa minantur	*Sil. l. 5.*
	Insidias juga	
pīnĕum	—— pars discreti juga pinea montis	*Val. Fl. 4.*
flōrĕum	Florea per verni qualis juga duxit Hymetti	*Val. Fl. l. 3.*
cŏmāns	——— immotaque sylva comanti	*d. l. 5.*
	Horret verna jugo——	
sĕntum	—tali se concitat ardens—In juga senta fuga	*Id. ib.*
prærŭptum	Præruptis ferat astra jugis, &c.	*Claud.*
	EPITH. RECENT. frōndēns, nīvōsum, sūblīme, ārdŭum, pīnĭfĕrum, aprīcum, vērnāns, āĕrĭum, dēclive, clīvōsum, hērbōsum, sўlvōsum, mōntōsum, frūctĭfĕrum.	

JUGURTHA, *rex Numidiæ, a Mario devictus.*

EPITH. RECENT. tērrĭbĭlis, īmmānis, pērfĭdus, crūdēlis, īmmītis, trūx.

IULUS.—*Vid.* ASCANIUS.

JUMENTUM.

EPITH. RECENT. rōbūstum, mūtum.

JUNCUS.

līmōsus	Limosoque palus obducat pascua junco	*Vir. in Buc.*
păllūstris	Lenta salix, ulvæque leves, juncique palustres	*Ov. 8. Met.*
lĕvis	Me notat, et junco brassica vincta levi	*Prop. l. 4.*
cōntōrtus	Jam rosa distentat contorti stamina junci	*Col. l. 11.*
stĕrĭlis	Sed sterili junco cannaque intexta palustri	*Luc. l. 5.*
	EPITH. RECENT. tĕnŭis, tĕres, flŭvĭālis, cærŭlĕus, ăcūtus, bĭbŭlus.	

JUNIPERUS.

EPITH. RECENT. vĭrĭdis, vĭrens, ŏlens, pĕrĕnnis.

JUNIUS *menſis.*

EPITH. RECENT. blāndus, āmœnus, bĕnīgnus, flōrĭdus, rīdēns, ŏdōrus, gĕnĭālis, vĭrēns.

JUNO,
filia Saturni, ſoror et conjux Jovis.

Lūcīna	Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo	*Vir. in Buc.*
Sātūrnĭa	Scire Helenum, farique vetat Saturnia Juno	*Id.* 3. *Æn.*
Argīva	Junoni Argivæ juſſos adolemus honores	*Id. ib.*
Lăcīnĭa	——— attollit ſe diva Lacinia contra	*Id. ib.*
Rēgĭa	——— Tum ſic excepit regia Juno	*Id.* 4. *Æn.*
prōnŭba	—— Tellus et pronuba Juno—Dant ſegnum	*Id. ib.*
ōmnĭpŏtēns	Tum Juno omnipotens longum miſerata dolorem	*Id. ib.*
Găbīna	Quique altum Præneſte viri, quique arva Ganæ———Junonis	*Id. l.* 7.
ĭnīqua	Dira lues populis, ira Junonis iniquæ	*Ov.* 7. *Met.*
sāncta	Sancta Jovem Juno, nata ſine matre Minerva	*Id.* 5. *Faſt.*
Pĕlāſga	An contempta tibi Junonis templa Pelaſgæ ?	*Prop.*
Săm̆ĭa	Et Athenienſis Cliſthenes Junoni Samiæ, &c.	*Cic.*
Argŏlĭca	——— pollentis viri Argolica Juno, &c.	*Sen.*
ſcēptĭfĕra	Sceptiferæ Junonis opem, reditumque ſuorum	*St. l.* 10.
Rōmāna	Jupiter Auſonius pariter, Romanaque Juno	*Id.* 3. *Syl.*
tŭmĭda	——— qui tumidæ ſuperavit juſſa novercæ	*Id. in Ach.*

JUPITER, *Saturni filius, conjux Junonis.*

Dĭctæus	Ante etiam ſceptrum Dictæi regis	*Vir.* 2. *Geo.*
ōmnĭpŏtēns	Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris	*Id.* 1. *Æn.*
Sātūrnus	Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis	*Id. l.* 4.
Idæus	Idæumque Jovem, Phrygiamque exordine, &c.	*Id. l.* 7.
Anxŭris	—— queis Jupiter Anxuris arvis—Præſidet	*Id. ib.*
māgnănĭm.	Magnanimi Jovis ingratum aſcendêre cubile	*Id. l.* 12.
fūlmĭnāns	Nec fulminantis magna Jovis manus	*Hor.* 3. *Car.*
ĭnvĭctus	Uxor invicti Jovis eſſe neſcis ?	*Id. ib.*
Tārpeĭus	Junctaque Tarpeio ſunt mea templa Jovi	*Ov.* 6. *Faſt.*
Căpĭtōlĭnus	A Capitolino reppulit arma Jove	*Id. ib.*
Lătĭus	Cæſaris, et Latio reddita vota Jovi	*Id.* 3. *Triſt.*
Cænēus	——— Cæneo ſacra parabat——Vota Jovi	*Id.* 9. *Met.*
Pănōmph.	Ara Panamphæo vetus eſt ſacrata Tonanti	*Id. l.* 11.
Hērcæus	Cui nihil Hircæi profuit ara Jovis	*Id. in Ibin.*
Lĭbўcus	Utque Jovis Libyci templum violare parantes	*Id. ib.*
Fērētrius	Nunc Jovis incipiam cauſas aperire Feretri	*Prop.* 4.

EPITH. RECENT. Lătĭālis, Tărănis, Căsĭus, Olўmpĭcus, Gnīdĭus, Mŏlōſſus, Agēnŏrĕus, Aūsŏnĭus, Phărĭus, Gĕnĕtæus, Sātūrnĭgĕna, Crētĭcus, Ægĭŏchus, Phrўgĭus, Elўsĭus, Dōdōnæus, Rōtnānus, Elæus. *Pro cæteris Epithetis minoribus* JOVI *propria vide* DEUS,

JUPITER, *pro aëre.*——*Vid.* AER.
EPITH. RECENT. vĕrnus, plūvĭus, sĕrēnus, pūrus, hūmĭdus.

JUPITER, *planeta.*

plŭvĭus — Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi — *Tib. l.* 1.
EPITH. RECENT. fēlix, fœcūndus, cōrūſcāns, sīdĕrĭus.

JURGIUM.——*Vid.* RIXA.

ĭnsānum — ——— inſanaque potius abſint——Jurgia — *Ov.* 1. *Faſt.*
răbĭōſum — Hic clamoſi rabioſa fori jurgia vendens — *Sen.*
dĭffĭcĭle — Creſcunt difficili gaudia jurgio — *Claud.*
EPITH. RECENT. fĕrum, āſpĕrum, mălum, prŏbrōſum, ĭmprŏbum, clāmōſum, nĕfāndum, vēsānum, dūrum, lītĭgĭōſum.

JUS.

rĭgĭdum — Sed rigidum jus eſt et inevitabile mortis — *Ov. in Ep.*
ĭntegrum — Nullum jus tam ſanctum atque integrum, &c. — *Cic.*
ārctum — Sponte ſua cecidit ſub leges, arctaque jura — *Lucr. l.* 5.
EPITH. RECENT. ſacrātum, sānctum, clāmōſum, sĕvērum, lītĭgĭōſum, ĭnvĭŏlātum, āncēps.

JUSTITIA.

pŏtēns — Sic potenti Juſtitiæ placitumque Parcis — *Hor.* 2. *Car.*
sălubris — ——————ille ſalubrem — *Id. in Art.*
Juſtitiam, legeſque, et apertis otia portis
Aſtræa — Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliquit — *Ov.* 1. *Met.*
sānctа — O ſancta ſi cœlum incolis Juſtitia — *Seneca.*
EPITH. RECENT. ſacra, ĭnvĭŏlāta, aūrĕa, æqua, divina, cœlēſtis, sĕvēra, firma, tĕnāx.

JUSTITIUM, *juris dicendi intermiſſio.*

fĕrāle — ——— ferale per urbem——Juſtitium — *Luc. l.* 2.
trĭſte — Clauſaque juſtitio triſti fora — *Id. l.* 5.

JUVENALIS, *poeta, Satyris conſpicuus.*

fācūndus — De noſtro facunde tibi Juvenalis agello — *Mart. l.* 7.
EPITH. RECENT. Aquīnas, tūrgĭdus, mōrdāx, dĭsĕrtus.

JUVENCA.

cōrnĭgĕra — Quas neque cornigeræ morſu læsêre juvencæ — *Ov. l.* 13.
mōllis — Cædibus imbellis vitulos, molleſque juvencas — *St.* 8. *Th.*
Tranſmitteret
EPITH. RECENT. pīnguis, tĕnĕra, fœcunda, pĕtūlca, pĕtŭlāns.

JUVENCUS.

tārdus — Plura domum tardis decedere plauſtra juvencis — *Vir.* 2. *Geo.*
vălĭdus — ——— et validis terram proſcinde juvencis — *Id. ib.*
fŏrtis — Te quoque mutatum torvo Neptune juvenco — *Ov.* 6. *Met.*

lăbōrĭfĕr

lăbōrĭfĕr	Cæde laboriferi credunt gaudere juvenci	*Ov. l.* 15.
tĕnĕr	Scilicet ut teneros lædunt juga prima juvencos	*Id. in Ep.*
dĭffĭcĭlĭs	Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci	*Id.* 1. *de Art.*
īnsānus	——insanique domum redière juvenci	*St.* 4. *Th.*
lūctāns	Hispida torquentem luctantis colla juvenci	*Id. l.* 12.
răbĭdus	Luctantur fruſtra rabidi mugire juvenci	*Sil. l.* 7.
dŏcĭlis	——————duxêre juvencos	*Id. l.*16.
	Impreſſis dociles terram proſcindere aratris	
prŏfŭgus	Quam pecus et profugi ſternunt dumeta juvenci	*Val. Fl.* 3.
	EPITH. RECENT. ārātor, pīnguis, fōrtis, īndŏmĭtus, pĕtŭlāns, lāſcīvus.	
	JUVENIS.—*Vid.* ADOLESCENS.	
fĕrvĭdus	Poſſent ut juvenes viſere fervidi	*Hor.* 4. *Car.*
īmbērbis, &c. &c.	Imberbis juvenis tandem, cuſtode remoto	*Id. in Art.*
	Gaudet equis, canibuſque, et aprici gramine campi	
	Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,	
	Utilium tardus proviſor, prodigus æris	
	Sublimis, cupiduſque, et amata relinquere pernix.	
bārbătŭlus	Concurſabant barbatuli juvenes, &c.	*Cicero.*
pūbēſcēns	Florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat	*Livius.*
	EPITH. RECENT. ĕlĕgāns, prŏcāx, pĕtūlcus, dŏcĭlis, īndŏcĭlis, ălacris, aūdāx.	
	JUVENTUS, *ſeu* JUVENTA.	
pătĭēns	Et patiens operum, parvoque aſſueta juventus	*Vir.* 2. *Geo.*
flōrēns	Illa rapit juvenes, prima florente juventa	*Id. ib.*
dūlcis	Tentavit in dulci juventa	*Hor.* 1. *Car.*
lĕvis	———fugit retro—Levis juventus et decor	*Id.* 2. *Car.*
īmbēllis	Nec parcit imbellis juventæ—Poplitibus	*Id.* 3. *Car.*
dŏcĭlis	Da probo mores docili juventæ	*Id. Car. Sæc.*
gnāva	Det mihi formoſa gnava juventa manu	*Ov.* 1. *de Pon.*
vĭrĭdis	Nec ſtabiles animos annis, viridemque juventam	*Id.* 3. *de Art.*
gĕnĕrōſa	Certat onus luctu generoſa ſubire juventus	*Id. in Ep.*
lĭbīdĭnōſa et dēlĭcāt.	Odia autem illa libidinoſæ, et delicatæ juventutis	*Cic.*
īndētōnſa	——quibus indetonſa juventus—Invigilat	*Perſ. Sat.* 3.
tōrōſa	——multumque toroſa juventus—Ingeminat	*Id. ib.*
aūdāx	——————audaxque juventus——Erupit	*Luc. l.* 3.
cœca	Nec flammis mandatur opus, ſed cœca juventus	*Luc. l.* 10.
tĕnĕra	Quercus erat teneræ jam longum oblita juventæ	*St.* 2. *Th.*
pūlchra	Otia jam pulchræ terit infœcunda juventæ	*Id.* 3. *Syl.*
vălĭda	———nondum validæ tibi ſigna juventæ	*Id.* 5. *Syl.*
	Irrepsêre genis————	
fūrĭāta	Turbari ſignum belli furiata juventus	*Sil. l.* 11.
fūlgēns	————cujus fretus fulgente juventa	*Id. l.* 12.
ignāva	Stat mediocre decus vincentem ignava juventus	*Id. l.* 14.

prīmæva	Donec confiſus primævæ flore juventæ	*Sil. l.* 16.
rŏsĕa	——————et roſeæ perfudit luce juventæ	*Val. Fl.* 4.
răđĭāns	Ipſi inter medios roſea radiante juventa	*Id. l.* 8.
pĕtŭlāns	Hos inter petulans alta cervice juventa	*Claud.*
īgnĕa	Ignea longævo frænatur corde juventus	*Id.*
	EPITH. RECENT. prŏcāx, nĭtĭđă, vĭrēns, læta, întōnſa, cūlta, fōrmōſa, ācris, mītis, încaūta, frăgĭlis, însāna, îmbērbis, lāſcīva, ārdēns, ălacris, ănĭmōſa, pūbēns, ſtŏlĭđa, ēffrēnis, nērvōſa, mōllis, rōbūſta, ſtūlta, hĭlăris.	

IXION,

Theſſaliæ rex, qui Junonem amare et ſolicitare auſus eſt.

pērfĭđus	Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes	*Hor. in Art.*
Thēſsălus	Quem gravida nubes Theſſalo genuit duci	*Seneca.*
	EPITH. RECENT. dīrus, ĭmpĭus, mĭſer.	

L.

LABES.

pērnĭcĭōſa	O nefanda et pernioſa labes civitatis	*Cic.*
pēſtĭfĕra	Eſt etiam peſtifera illa labes	*Col. l.* 7.
	EPITH. RECENT. tūrpis, nigra, ĭmpūra, sōrdĭđa, nōxĭa, măligna.	

LABIUM.——*Vid.* LABRUM.

LABOR.

ĭmprŏbus	——————labor omnia vincit labor—Improbus	*Vir.* 1. *Geo.*
dūrus	Tam grave ſervitium, tam duros paſſa labores	*Id. in Cir.*
grăvis	Phœbe graves Trojæ ſemper miſerate labores	*Id. l.* 6.
aūſtĕrus	Molliter auſterum ſtudio fallente laborem	*Hor.* 2. *Sat.*
mĭsĕr	Tu quem multis miſeris laboribus quæſivi	*Plaut.*
ŏpĕrōſus	Nec ea quæ agant molientium cum labore	*Cic.*
mŏlĕſtus	operoſo ac moleſto	
mœſtus	Sæpe labor mœſtus curarum odiumque futuri	*Luc. l.* 8.
sēđŭlus	Nec dum dolentum ſedulus potuit labor	*Sen.*
ācer	——atque acres ſociare labores—Expoſcunt	*Sil. l.* 17.
cătēnātus	Exſpectant curæque catenatique labores	*Mart. l.* 1.
ĭncēſsābĭlis	Ejuſdem virginis inceſſabilis labor tibi, &c.	*Id.*
prædūrus	Flammaque prima docet, præduri plena labores	*Val. Fl.* 1.
pērvĭgil	Pervigil auditur Chalybum labor arma fatigant	*Id. l.* 5.
	EPITH. RECENT. āſpĕr, dīlĭgēns, Sīsўphĭus, æger, vĭgĭl, sōlērs, ānxĭus, rĭgĭđus, ĭnsōmnis, ærūmnōſus, ōffĭcĭōſus, ĭngrātus, ſtĕrĭlis.	

LABRUM.

tĕnĕrum	Nutribat teneris immulgens ubera labris	*Vir. l.* 11.
pūrpūrĕum	Illic purpureis condatur lingua labellis	*Ov.* 3. *El.*

cŏrălĭnum

coralĭnum	Porrige labra, labra coralina	*Corn. Gal.*
ūdum	———Frontemque atque uda labella	*Perſ. Sat.* 2.
blāndum	Blandis filia nec rudis labellis	*Mart. l.* 7.
rŏsĕum	Et libata dabat roſeis Carcheſia labris	*Id. l.* 8.
	EPITH. RECENT. mōlle, trĕmŭlum, dūlce, flōrĕum, coralĭum, dĕcōrum, tĕnŭe, tĕnĕllum, ămābĭle, blāndĭlŏquum, mēllĭflŭum, lætum, fācūndum, dĭsērtum.	

LABRUM, *vas.*

ăhēnum	Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis	*Vir.* 8. *Æn.*
	EPITH. RECENT. bālnĕārĭa, fĕrrĕum.	

LABRUSCA.

sȳlvēſtris	Sylveſtris raris ſparſis Labruſca racemis	*Vir. in Buc.*
	EPITH. RECENT. vĭrēns, flĕxĭlis, dēnſa.	

LABYRINTHUS.

cūrvus	Curva meæ fugit tecta ſororis ope	*Ov. in Ep.*
rĕcūrvus	———ne victus tecto morere recurvo	*Id. in Ep.*
cæcus	Qui noſtra cæca monſtra concluſit domo	*Seneca.*
mōnſtrōſus	Mœnia ſeque ipſum monſtroſi ambagibus antri	*St. l.* 12.
	EPITH. RECENT. ĭnēxtrĭcābĭlis, sēcrētus, Dædălĕus, fāllāx, ĭrrĕmĕābĭlis, ĭnflēxus, ōblīquus, dĭffĭcĭlis.	

LAC.

tĕpĭdum	Dulce ferebat onus, tepidique ope lactis alebat	*Ov. l.* 9.
nĭvĕum	Mox etiam niveo fundere lacte parant	*Tib. l.* 3.
pūrum	Utque roſæ puro lacte natant folia	*Prop. l.* 2.
dūlce	Quum peperit dulci repletur lacte	*Lucr. l.* 8.
	EPITH. RECENT. tĕnĕrum, cāndĭdum, ſuāve, nēctărĕum, tĕpēns, nŏvum, pīngue, cōncrētum, prēſſum, cŏāctum.	

LACEDÆMON, *ſeu* SPARTA, *Peloponneſi urbs.*

păтĭēns	Me nec tam patiens Lacedæmon	*Hor.* 1. *Car.*
	Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ	
sĕvēra	Si quidem illa ſevera Lacedæmon nervos, &c.	*Cicero.*
lĭbīdĭnōſa	Aut libidinoſæ Ledeas Lacedæmoniis paleſtras	*Mart. l.* 4.
ārmĭpōtēns	Res Pandioniæ, ſic armipotens Lacedæmon	*Claud.*
nūda	Tutius objecit nudam Lacedæmona bellis	*Id.*
	EPITH. RECENT. prīſca, clāra, pŏtēns.	

LACERNA.

Agēnŏrĕa	Miſit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas	*Mart. l.* 2.
pūrpŭrĕa	Phaſis purpureis ruber lacernis	*Id. l.* 3.
Tўrĭa	Criſpinus, Tyrias humero revocante lacernas	*Juv. Sat.* 3.
pīnguis	Inde operæ pretium pingues aliquando lacernas	*Id. Sat.* 9.
aūrāta	Et quibus aurata mos eſt fulgere lacerna	*Id. Sat.* 10.
	EPITH. RECENT. Cōa, fūlgēns.	

LACERTA *et* LACERTUS.

vĭrĭdis	——ſeu virides dumum—Dimovêre lacertæ	*Hor. l.* 1.
æſtivus	Alterius concham, æſtivi cum parte lacerti	*Juv. Sat.* 14.

LACERTUS.

cāndēns	Huic tu candentes humero ſuppone lacertos	*Tib. l.* 1.
cŭpĭdus	Altera me cupidis teneat, foveatque lacertis	*Prop.* 2.
fōrtis	Et dum pila valent fortes torquere lacerti	*Luc. l.* 1.
vălĭdus	Tortaque per tenebras validis baliſta lacertis	*Luc. l.* 2.
mōllis	Molles meruêre lacerti	*Claud.*

LACHESIS, *una Parcarum.—Vid* PARCÆ.

dūra	O duram Lacheſin, quæ tam grave fidus habenti	*Ov.* 5. *Triſt.*
fĕrrĕa	—tum demum ferrea ſumet—Ius in te Lacheſis	*Claud.*

LACHRYMÆ.

căděntes	Dat gemitus arbor, lachrymiſque cadentibus humet	*Ov. l.* 10.
pĭæ	Sparſiſſent lachrymæ corpora noſtra piæ	*Id.* 4. *Triſt.*
rĭgāntes	Obvia turba ruit, lachrymiſque rigantibus ora	*Id. in Ep.*
Sĭmōnĭdæ.	Mæſtius lachrymis Simonidæis	*Catul.*
dējēctæ	Lumina dejectis turpia ſunt lachrymis	*Prop.* 1.
fālſæ	Et lachrymis falſis humectent ora genaſque	*Lucr. l.* 1.
rōrāntes	Et lachrymis ſpargunt rorantibus ora genaſque	*Id. l.* 2.
mānānt	Quæ tunc fic lachrymis ſenſim manantibus infit	*Sil. l.* 3.
tūrpes	Canentem, et turpi lachryma, precibuſque pudendis	*Sil. l.* 13.
rŭdes	Excubiæ lachrymæque rudes, et gratus amatum——Pallor	*Claud.*
	EPITH. RECENT. trīſtes, lūgēntes, ūdæ, ămāræ, fūnebres, tĕnĕræ, mīsĕræ, mītes, ægræ, mœſtæ, mădĭdæ, grăves, tĕpēntes, ſtĕllāntes, tūrbĭdæ, sūpplĭces, lĭquēntes, flŭēntes.	

LACTUCA.

frōndēns	—jam teneris frondens lactucula fibris	*Col.*
	EPITH. RECENT. sўlvēſtris, vĭrĭdis, vĭrēns, mōllis.	

LACUNA.

căva	Unde cavæ tepido ſudant humore lacunæ	*Vir.* 1. *Geo.*
sāliſa	Nec terreſtria de ſalſis exiſſe lacunis	*Lucr. l.* 5.
vāſta	—ubi magnas in aquæ vaſtaſque lacunas	*Id. l.* 6.
bĭbŭla	Hi ſiccant bibulas manu lacunas	*St.* 4. *Syl.*
pīgra	Hinc pigras repetunt feſſi ſudore lacunas	*Claud.*
	EPITH. RECENT. tĕpēns, pīſcōſa, ūda, līmōſa, ĭnērs, dēvēxa, ĭnūndāns, trīſtis.	

LACUNAR.—*Vid.* LAQUEAR.

aūrĕum	——non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar——	*Hor. 2. Car.*

LACUS.

gĕlĭdus	Verberat et gelidos garrula vere lacus	*Vir. Mæc.*
līmōsus	Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva	*Id. 2. Æn*
pătŭlus	Stagna petit patulosque lacus	*Ov. 2. Met.*
căvus	Inque cavos ierant tertia musta lacus	*Id. 3. Fast.*
līmpĭdus	Noviſſem hunc aduſque limpidum lacum	*Catul.*
cœnōsus	Quam rixis atque cœnoſo lacu volutari	*Col.*
sŏnōrus	——tunc ſtagna lacuſque ſonori—Detinuêre	*St. 4. Th.*
trānquīllus	Tranquillo prius arma lacu	*Id. l. 6.*
īmus	——fugit omnes in imos—Turba lacus	*Id. l. 9.*
tōrpēns	——torpenteſque lacus, pigraſque paludes	*Id. ib.*
sēgnis	——ſegneſque lacus, et ſtagna ſubibo	*Id. ib.*
prōfūndus	———tentaſſes me non audente profundos Ire lacus———	*St. 1. Syl.*
nĭtĭdus	Miſerat in nitido ſe Cleopatra lacu	*Mart. l. 4.*
mădĭdus	Preſſerat hic madidos nobilis uva lacus	*Id. ib.*
pĭger	——an pigro quæ ſtupet unda lacu	*Id. l. 9.*
flūmĭnĕus	Non novêre nemus, flumineoſque lacus	*Id. l. 10.*
cærŭlus	Cærulus immenſo panditur ore lacus	*Claud.*
	EPITH. RECENT. vŏrāgĭnōsus, ūlvōsus, lātus, lĭquĭdus, tŭmĭdus, vāstus, pīscōsus, vitrĕus, fœdus.	

LADON, *fluvius.*

ărēnōsus	Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem	*Ov. 1. Met.*
răpāx	Arcades hunc, Ladonque rapax et Mænalus ingens	*Id. 5. Fast.*
Apōllĭnĕus	Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus uterque	*St. 4. Th.*
Pўthĭus	Et rapidus Cliton, et qui tibi Pythie Ladon	*Id. ib.*
Pārrhāsĭus	Plurima Parrhaſius tunc inter corpora Ladon	*Claud.*
cāstus	Et totidem caſto genuit quas flumine Ladon	*Id.*

LÆNA.

ĭānthĭna	Hic aliquis cui circa humeros et ianthina læna eſt	*Pers. Sat. 1.*
cōccĭna	——quem coccina læna—Vitari jubet	*Pers. Sat. 3.*
	EPITH. RECENT. cāndĭda, īgnĕa.	

LÆSTRIGONES,
Italiæ populi, qui humana carne veſcebantur.

īncūlti	Incultos adiit Læſtrigonas, Antiphatenque	*Tib. l. 4.*
dūri	Regnatam duro quondam Læſtrigone terram	*Sil. l. 14.*
īmmānes	Fingentem immanes Læſtrigonas et Cyclopas	*Juv. Sat. 15.*
	EPITH. RECENT. ſævi, īmmītes, bārbări, īncūlti	

LÆTITIA.—*Vid.* GAUDIUM.

lūxŭrĭōsa — Sed patribus nimis luxuriosa fuit lætitia — *Livius.*
ēxsŭltāns — Tum exsultantem lætitiam comprimens — *Cic.*
EPITH. RECENT. blānda, fēstiva, fēsta, dŭlcis.

LAGENA.

vāpĭda — Et signum in vapida naso tetigisse lagena — *Pers. Sat. 6.*
cātēnāta — Nulla catenatis pela est præcincta lagenis — *Mart. l. 7.*
fūmōsa — Fumosæ ferat ipse tropin de fæce lagenæ — *Id. l. 12.*
EPITH. RECENT. cāpāx, pătŭla, plēna.

LAGOIS.

pĕrĕgrīna — ——aut poterit peregrina juvare lagois — *Hor. 2. Sat.*

LAGUS,
Pater Ptolemai, successoris Alexandri.

Phărĭus — Nobilitas Pharii proles clarissima Lagi — *Luc. l. 10.*

LAIS, *meretrix elegantissima.*

Ephўrēa — Non ita complebant Ephyreæ Laidos ædes — *Prop. 2.*
EPITH. RECENT. pūlchra, vĕnūsta, fāmōsa.

LAMENTUM.——*Vid.* LUCTUS.

clārum — Mopsopia claris tota lamentis sonet — *Seneca.*
mœstum — ———mœsta et lamenta sororum — *St. 2. Syl.*
tūrbĭdum — —turbida sacris—Obstrepitant lamenta choris — *Claud.*
EPITH. RECENT. quĕrŭlum, fœmĭnĕum, trĭste, mĭsĕrāndum, dūrum, āspĕrum, mĭsĕrum.

LAMINA.

mōllis — Lamina mollis adhuc tenero est in lacte — *Ov. de Nuce.*
flēxĭlis — Flexilis inductis animatur lamina membris — *Claud.*
EPITH. RECENT. brāctĕāta, tĕnŭis, ærea.

LAMPAS.

ārdēns — Princeps ardentem conjecit lampada Turnus — *Vir. l. 9.*
pīnguis — —pinguesque ardere videntur—Lampades — *Ov. 4. Met.*
cŏrūsca — Lampadibus densum rapuit funale coruscis — *Id. l. 12.*
fĕrrĕa — Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt — *Col.*
nōctūrna — Sed prius orta dies nocturnam lampada texit — *Luc. l. 9.*
īgnĭfĕra — Lampades igniferas manibus retinentia dextris — *Lucr. l. 2.*
rōsĕa — Forsitan et rosea sol late lampade lucens — *Id. l. 5.*
fūmĭfĕra — Ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas Lampada—— — *Stat. 8. Th.*
clāra — ———ipse autem, nec lampade clara Nec sonitu, &c. — *Id. l. 10.*
fūmāns — Nunc picea jactat fumantem lampada flamma — *Sil. l. 1.*
īgnĕa — Ad terram cœlo decurrens ignea lampas — *Id. ib.*
rūtĭlāns — Quem simul attollens rutilantem lampada Titan — *Id. l. 12.*
EPITH. RECENT. cāndēns, æstĭfĕra, tōrrĭda, splēndēns, cālēns, rōsĭda, nĭtēns, trēmŭla, flāmmĭgĕra, fŭlgĭda.

LANA.

mōllis	Quid nemora Æthiopum, molli canentia lana	*Vir. 2. Geo.*
bĭbŭla	Phocaico bibulas tingebat murice lanas	*Ov. 6. Met.*
tĭncta	Conſule de gemmis, de tincta murice lana	*Id. 1. de Ar.*
sōrdĭda	Quas geritis veſtes, ſordida lana fuit	*Id. 3. de Art.*
rŭdis	Quæ tantum lanas non finit eſſe rudes	*Id.*
sūccŭda	Lana ſuccida involuta candente ferro	*Col.*
Călabra	Hæc Calabrum coxit vitiato murice vellus	*Perſ. Sat. 2.*
sĕquāx	Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces	*Mart. l. 3.*

EPITH. RECENT. fœcūnda, tĕnŭis, diſeŏlor, tĕxtĭlis.

LANCEA.—*Vid.* HASTA.

tōrta	—tum torta levis ſi lancea Mauri—Hæreat	*Luc. l. 1.*
atrōx	Ibat atrox finem impoſitura duello—Lancea	*St. 8. Th.*
ĭmprŏba	—quem contigit improba Mauri—Lancea	*Val. Fl. 3.*

LANGUOR.

pĭger	Piger ignavos alligat artus languor	*Seneca.*

EPITH. RECENT. lēthĭfĕr, nōxĭus, grăvis, sōmnĭfĕr, frīgĭdus, ăcērbus, trīſtis.

LANUGO.

mōllis	Præbebat multa, et molli lanugine abundans	*Lucr. l. 5.*
rīdēns	Oraque ridenti lanugine veſtiat ætas	*Claud.*

EPITH. RECENT. tĕnŭis, cāndĭda, rōsĕa, tĕnĕra.

LANX.

pānda	Lancibus et pandis fumantia reddimus exta	*Vir. 2. Geo.*
māgna	Quin damus et ſuperis, de magna quod dare lance	*Perſ. Sat. 2.*

EPITH. RECENT. librāns, æqua, fērtĭlis, rĕpānda, pēndŭla, pēndēns, jūſta.

LAODAMIA, *Acaſti filia,*

quæ, quum Proteſilaum maritum ſuum ad Trojam occiſum, videre optabat, in ejus umbræ complexu expiravit.

Hæmŏnis	Hæmonis Hæmonis Laodamia viro	*Ovid.*
fōrmōſa	Quo tibi tum caſu, pulcherrima Laodamia	*Catul.*

EPITH. RECENT. Phĭlăcēĭa, Thēſsălĭa, cāſta, pŭdica, pūlchra, mĭsĕra.

LAOMEDON, *rex Trojæ, pater Priami.*

fraūdŭlēnt.	Cum populo et duce fraudulento	*Hor. 2. Car.*

EPITH. RECENT. Idæus. pērjūrus, ĭmpĭus, sacrĭlĕgus, ĭnfĭdus.

LAPATHOS.

lūbrĭca	Lubrica jam Lapathos, jam rami ſponte vireſcunt	*Col. l. 11.*

LAPILLUS.

vĭrĭdis	Nec magis huic inter niveos viridefque lapellos	*Hor. 1. Sat.*
Lȳbĭcus	Deterius Lybicis olet aut nitet herba lapillis?	*Id. 1. Ep.*
tĕres	Munera fert illi conchas, tereteſque lapillos	*Ov. l. 10.*
pĭctus	Nec medius tenues conchas pictoſve lapillos	*Id. l. 12.*
	Pontus habet——	
pĕrĕgrīnus	Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos	*Id. de Nuc.*
Eōi	Nec minus Eois pectus variare lapillis	*Prop. l. 12.*
Indĭcus	Iſſa eſt carior Indicis lapillis	*Mart. l. 1.*
Erȳthræi	Cui nec lapillos præferas Erythræos	*Id. l. 5.*
	EPITH. RECENT. pērlūcēns, lēvis, nĭvĕus, nĭtĭdus, nĭtēns, prĕtĭōſus, lūcēns.	

LAPIS.

mūſcōſus	Rivus muſcoſo proſiluit a lapide	*Catul.*
āſper	Et lapis oppreſſus ſubitis a frugibus aſper	*Lucr. l. 3.*
	EPITH. RECENT. dūrus, rĭgĭdus, mōntānus, īnfōrmis, rŭdis, grăvis.	

LAPITHÆ, *Theſſaliæ populi.*

Cēntāurĕi	Nec Centaureos Lapithos compellis in enſes	*Vir. in Cul.*
Pĕlĕtrŏnĭi	Fræna Peletronii Lapithæ, gyroſque dedêre	*Id. 3. Geo.*
ſævi	Nec ſævos Lapithas, nimium mero Hylæum	*Hor. 2. Car.*
sȳlvēſtres	Fœmina ſylveſtres Lapithas, populumque biformem	*Ov. 2. El.*
	EPITH. RECENT. sēmĭfĕri, trŭces, īmmānes, fĕrōces, dīri, mōntĭvăgi.	

LAPPA.

tĕnāx	Miſta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet	*Ov. 2. de Pon.*
	EPITH. RECENT. rĭgĭda, āſpĕra, vĭrēns.	

LAPSUS.

mōllis	Mollis lapſus agit, quis te tum lene fluentum	*Luc. l. 1.*
cĕlĕr	Et celeri firme pergunt ſic fulmina lapſu	*Lucr. l. 6.*
	EPITH. RECENT. prōnus, præceps, vŏlŭcer.	

LAQUEARE, *vel* LAQUEAR.

aūrātum	Et magis auratis pendens laquearibus enſis	*Perſ. Sat. 3.*
cēlſum	Quod domini celſis niteat laquearibus aurum	*Stat. 3. Syl.*
	EPITH. RECENT. cŏrūſcum, aūrĕum, pictum, āltum, āmplum, cælātum, ſpiēndĭdum.	

LAQUEUS.—*Vid.* RETE, VINCULUM.

vălĭdus	Quam validis hæſerit in laqueis	*Prop. l. 2.*
ārctus	——et arctis colla laqueis inſeri—Prohibebis	*Seneca.*

LARDUM.

pīngue	Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo	*Hor. l. 2.*
grăve	Non lardum grave debiliſve parva	*St. 4. Syl.*
rŭbens	Et pallens faba cum rubente lardo	*Mart. l. 5.*

LARES,

LARES, *dii domeſtici.*

pătrĭi	Sed patrii ſervati lares, aluiſtis et idem	*Tibul.*
dĭăles	Vos diales ut metuetis lares	*Plaut.*
	EPITH. RECENT. nōbĭlis, ĭnclўta, fōrtis.	

LARIX, *arbor.*

EPITH. RECENT. rōbūſta, lōngæva, pĕrēnnis, dūra.

LARVA.

ūmbrătĭlis	Larva umbratilis me minus territas	*Plaut.*
	EPITH. RECENT. tērrĭbĭlis, vāna, ĭmmānis, prŏcāx, fālſa, mēndāx, ĭnsĭdĭōſa.	

LASCIVIA.—*Vid.* LIBIDO.

læta	Floribus et foliis laſcivia læta monebat	*Lucr. l.* 5.

LATEBRA.

dēmīſſa	Antraque demiſſis pedibus fodiſſe latebris	*Vir. in Æt.*
ēffōſſa	Sæpe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris	*Id.* 4. *Geo.*
tūrpis	Turpeſque latebras ſpernis, agnoſco indolem	*Seneca.*
vīlis	———ſedem rogo——Vileſque latebras	*Id.*
cæca	—— cæcaſque latebras——Inſinuate omnes	*Lucr. l.* 1.
săxōſa	Saxoſis latebris intendens prælia circum	*Sil. l.* 5.
ōbſcœna	Obſcœnam latebram pietas ignava requiret	*Claud.*
	EPITH. RECENT. ōccūlta, rĕcōndĭta, nigra, cūrva, atra, ſquāllĭda, ōbſcūra.	

LATER.

cōctĭlis	Quod fit e lateribus coctilibus	*Varro.*
	EPITH. RECENT. cōctus, dūrus, dūrātus.	

LATERNA.

dux	Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis	*Mart. l.* 14.
	EPITH. RECENT. ārdēſcens, ĭgnĭfĕra, nōctūrna.	

LATEX.—*Vid.* FONS, AQUA.

cærŭlĕus	Cæruleos ventis latices durantibus Iſter	*Ov.* 5. *Triſt.*
	Congelat———	

LATIBULUM.—*Vid.* LATEBRA.

LATINUS, *Fauni filius et Laviniæ pater.*

prædīves	Jam vero in tectis prædivitis urbe Latini	*Vir. l.* 11.
Faūnĭgĕna	Faunigenæque domo potitur, nataque Latini	*Ov. l.* 14.
	EPITH. RECENT. Aūsŏnĭus, Lătĭus, Itālus.	

LATIUM, *Italiæ pars.*

pūlchrum	Nec pulchro ut Latio careat	*Vir.* 4. *Æn.*
Hēſpĕrĭum	Mos erat Heſperio in Latio	*Id. l.* 7.
agrēſte	Græcia capta ferum victorem cepit, et artes Intulit agreſti Latio	*Hor.* 2. *Ep.*
fōrte	——————— peregrina piacula forti Pellantur longe Latio	*Claud.*
	EPITH. RECENT. āntīquum, nōbĭle, ĭnclўtum.	

LATONA, *Apollinis et Dianæ mater.*

gĕmĕllĭpăra Magna gemelliparæ vererantur numina divæ *Ov. 6. Met.*
Tītānis Quodque modo audetis genitam Titanida Ceo *Id. ib.*
Latonam præferre mihi
Călaūrēa Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arva *Id. 7. Met.*
EPITH. RECENT. fōrmōſa, vĕnūſta.

LATRATUS.

clārus Non tantum cervo claris latratibus acto *Ov. l. 13.*
cănōrus Villæ cuſtos eligendus vaſti latratus canorique *Col.*
fævus Aſt Stygius fævis terrens latratibus umbras *Sil. l. 3.*
văgus Ceu pernix quum denſa vagis latratibus implet *Id. ib.*
Venator dumeta
vĭgĭl ——vigilique rapaces—Latratu terrere lupos *Claud.*
EPITH. RECENT. hŏrrĭfĭcus, hōrrĭſŏnus, cănīnus, dīſsŏnus, dīrus, ăcūtus.

LATRO.

īnfēſtus Tutus ab infeſtis latronibus *Hor. 2. Ser.*
fūnēſtus ——rempublicam a latrone funeſto repetituri *Cic.*
nĕfārĭus —rempublicam nefariis latronibus tradidiſſes *Id.*
ſcĕlĕrātus Præmiſſo Marſo, neſcio quo, Octavio ſcelerato *Id.*
ĕgēns latrone atque egente
EPITH. RECENT. răpāx, ārmātus, īnſĭdĭōſus.

LATROCINIUM.—*Vid.* PRÆDA, FURTUM.

nĕfārĭum —— nefarium latrocinum armatus opprimat *Cic.*
fūnēſtum Renovaturum te tua illis funeſta latrocinia *Id.*
annonæ
nŏctūrnum — nocturno latrocinio atque impetu compi- *Id.*
lavit

LATUS.

tĕnĕrum Primus et in tenero fixus erit latere *Tib. l. 1.*
EPITH. RECENT. dĕxtrum, ſiniſtrum, mōlle.

LAVACRUM.—*Vid.* BALNEUM.

LAURUS.

frăgĭlis ——et fragilis incende bitumine lauros *Vir. in Buc.*
Pārnāſsĭa Ut ceraſis, ulmiſque etiam Parnaſſia laurus *Id. 2. Geo.*
vĭrĭdis ——viridique advelat tempora lauro *Id. 5. Æn.*
vĭrĭdāns Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro *Id. ib.*
Dĕlphĭca ————et mihi Delphica *Hor. 3. Car.*
Lauro cinge volens Melpomene comam
Apŏllĭnār. Laurea donandus Apollinari *Id. 4. Car.*
īnnūba Nec tiliæ molles, nec fagus, et innuba laurus *Ov. 10. Met.*
Pārnāſſĭs Ille caput flavum lauro Parnaſſide vinctus *Id. l. 11.*
nĭtĭda Et Pæana vocat, nitidaque incingere lauro *Id. l. 14.*
Pălātīna Stare Palatinæ laurus, prætextaque quercus *Id. 4. Faſt.*
ūda Uda ſit hinc laurus, lauro aſperguntur ab uda *Id. 5. Faſt.*
Phœbēa Tempora Pœbea lauro cingentur *Id. 4. Triſt.*

trĭūmphāl.	Ite triumphales circum mea tempora lauri	*Ov. 2. Et.*
vĭctrīx	At te victrices lauros Meſſala gerentem	*Tib. l. 2.*
agrēſtis	Ipſe gerans lauros lauro devictus agreſti	*Id. ib.*
cāſta	Hic juvenis caſta redemitus tempora lauro	*Id. l. 3.*
prōcēra	Fagos ac tecto proceras ſtipite lauros	*Catul.*
tĕnĕra	Sunt qui teneram laurum coloni, &c.	*Col.*
Thēſsālĭca	——Theſſalicæ veniunt an Pythia laurus	*Luc. l. 6.*
ēnthĕa	Effræna Phœbus entheas laurus quatit	*Seneca.*
ŏpīma	Interea vittis, lauroque inſignis opima	*St. 8. Th.*
Indĭca	Nondum gremio Jovis Indica laurus	*Id. 4. Syl.*
ŏdō-āta	Nectit odoratas, et Smyrna, et Mantua laurus	*Id. ib.*
īmbēllis	Serta nec imbellis Parnaſſi à vertice laurus	*Id. ib.*
fātĭdĭca	Litora fatidicas attollunt Delia lauros	*Claud.*
mōllis	——mollique exutus tempora lauro	*Id.*
	EPITH. RECENT. ſacra, ſylvēſtris, pācĭfĕra, Dēlĭa, Pўthĭca, vĭrēns, frōndēns, vĭrgĭnĕa, lōngæva, ĭnnūpta, Pĭĕrĭa, pătŭla, vĭreſcēns, frōndōſa, Aŏnĭa, cŏmāns.	

LAUS.

māgnĭfĭca	Magnificas laudes operoſaque viſere templa	*Vir. in Æt.*
sŭpērba	——canere inde ſuperbas—Aoniæ laudes	*Sil. l. 11.*
	EPITH. RECENT. ĭnsĭgnis, cĕlebris, ēgrĕgĭa, vīvāx, ēxĭmĭa, pĕrēnnis, ſplēndĭda, ætērna, ĭmmōrtālis.	

LEÆNA, *ſeu* LEA.

tōrva	Torva leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam	*Vir. in Buc.*
Gĕtūla	Pyrrhe, Getulæ catulos leænæ	*Hor. 3. Car.*
Lўbĭca	Ipſe fuit Lybicæ præda cruenta leæ	*Ov. 5. Faſt.*
fūlva	Armenias tigres, et fulvas ipſe leænas	*Tib. l. 3.*
aūdāx	Morſus cruentos paſſus audacis leæ	*Seneca.*
Hўrcāna	Hyrcanæ clauſêre leæ——	*St. 3. Th.*
	EPITH. RECENT. dūra, ĭmmānsuēta, dīra, fĕrōx, āſpĕra, trux, īrāta.	

LEANDER,

Juvenis ex Abydo, qui Helleſpontum noctu tranſnatabat ut Hero puellam in Seſto habitantem, inviſeret.

Abўdēnus	Vidi et Abydeni juvenis cunctantia remis Brachia——	*Stat. 1. Syl.*
	EPITH. RECENT. pūlcher, ĭnfēlĭx, mĭsĕr, aūdāx, dĕcōrus, naūfrăgus.	

LEARCHUS, *filius Inoûs, et Athamantis.*

pārvus	Tuque cadis patria, parve Learche, manu	*Ov. 6. Faſt.*
Inōus	Fugerit, Inoo linquens Athamanta Learcho	*Val. Fl. l. 1.*

LEBES.——*Vid.* AHENUM.

eūrvus	——fragileſque cadi, curvique lebetes	*Ov. l. 12.*
	EPITH. RECENT. cāvus, ūnctus, ĭngens.	

LECTICA.

EPITH. RECENT. fŭlgēns, lĕvis.

LECTOR.

dŏctus	Nec tibi ceſſaret doctus benedicere lector	*Ov. 5. Triſt.*
ſtŭdĭōſus	Cui, lector ſtudioſe, quod dediſti	*Mart. l. 1.*
	EPITH. RECENT. cāndĭdus, ĭngĕnŭus, vĭgĭl.	

LECTUS.

ĕbūrnus	Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos	*Hor. 2. Sat.*
gĕnĭālis	——lectus genialis in aula eſt	*Id. 1. Ep.*
tĕres	Nec dubita tereti ſcamnum producere luto	*Ov. 2. de Ar.*
sŏcĭus	Fœmina quem ſocii deprenſa pellice lecti	*Id. ib.*
jŭgālis	Turpiter hoſpitium lecto cumulâſſe jugali	*Id.*
	Pœnitet———	
mōllis	Illa docet furtim molli decedere lecto	*Tib. l. 1.*
fūrtīvus	Parce tamen per te furtivi fœdera lecti	*Id. ib.*
ſtrātus	Nec ſpeculum ſtrato vidiſti Lydame lecto	*Prop. l. 3.*
trĕmŭlus	Tremulique quaſſa lecti argutatio	*Catul.*
aūrātus	Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto	*Juv. Sat. 6.*
fŭlgēns	Solatur, reſidet fulgente puerpera lecto	*Claud.*
	EPITH. RECENT. tĕpĭdus, dēlĭcātus, pūlcher, nŏctūrnus, cāſtus, pŭdīcus.	

LEDA,

Uxor Tyndari, Laconiæ regis, qua Jupiter ſub Cygni forma abuſus eſt.

fœcūnda	Tu generoſa voces fœcundæ ſidera Ledæ	*Ov. 2. El.*
pūlchra	Longumque pulchra ſtemma repetit ab Leda	*Mart. l. 5.*
	EPITH. RECENT. Graĭa, fōrmōſa, cāndĭda.	

LEGIO.

EPITH. RECENT. Mārtĭa, hōſtĭlis, ārmĭsŏna, ārmāta, mĭnāx, hāſtāta, pūgnāx, &c.

LEMANUS, *Allobrogum fluvius.*

căvus	Deſeruêre cavo tentoria fixa Lemano	*Luc. l. 5.*
	EPITH. RECENT. lĭquĭdus, gĕlĭdus, ōstrĭfĕr, vitrĕus, plăcĭdus, piſcōſus.	

LEMNOS,

Inſula maris Ægei, in qua Vulcanus educatus eſt.

Vūlcānĭa	Nec Pæantiadem quod habet Vulcania Lemnos	*Ov. l. 13.*
ārdēns	Quæ Lemnos ardens, quæ plaga inferna poli	*Seneca.*
cĭrcūmflŭa	Ægeo premitur circumflua Nereo Lemnos	*St. 5. Th.*
ālta	———jam redditur alta Lemnos	*St. in Ach.*
æquŏrĕa	——age et æquoream virgo delabere Lemnon	*Val. Fl. 2.*
	EPITH. RECENT. călēns, fŭmĭda.	

LEMURES.—*Vid.* UMBRÆ, MANES.

nŏctūrni	Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas	*Hor. in Ep.*
	Noćturnos lemures——	

LENA.

mūltĭbĭda	Nomen eſt lenæ, multibida atque merobiba	*Plaut.*
mălĕfuāda	Hanc corripit mulierem maleſuada lena	*Id.*
lĕvĭfida	Omnes ſunt lenæ levifidæ, &c.	*Id.*
cāllĭda	Venit in exitium callida lena meum	*Tib. l.* 1.
	EPITH. RECENT. ĭmpröba, tūrpis, ĭnsĭdĭōſa.	

LENO.

ĭnsĭdĭōſus	Ut patris attenti, lenonis ut inſidioſi	*Hor.* 2. *Ep.*
ăvārus	Devovet imperium tamen hæc lenonis avari	*Ov.* 1. *El.*
ĭmpūrus	Fraudulente, impure leno	*Plaut.*
pĕrfĭdus	Abſente cum lenone perfido	*Id.*
ĭmpōrtūn.	Leno importunus, dominus ejus mulieris	*Id.*
	EPITH. RECENT. caūtus, vĕrsūtus, ōbſcœnus.	

LENS.

Pēlūsĭăca	Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis	*Vir.* 3. *Geo.*
	EPITH. RECENT. Nīlĭăca, tĕres.	

LEO, *beſtia, et Zodiaci ſignum.*

Pœnus	Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones	*Vir. in Buc.*
	Interitum———	
hōrrēndus	Horrenduſque leo ſequitur cum virgine ſancta	*Id. de. Sig.*
tĕrrĭbĭlis	Tum leo terribilis veniens, atque innuba virgo	*Id. ib.*
fūlvus	——fulvique inſternor pelle leonis	*Id.* 2. *Æn.*
Gĕtūlus	Sic fatus tergum Getuli immane leonis	*Id.* 5. *Æn.*
vīllōſus	Præcipuumque toro, et villoſi pelle leonis	*Id. l.* 8.
vāſtus	——et vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem	*Id. ib.*
ĭnsānus	———et inſani leonis	*Hor.* 1. *Car.*
	Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro——	
āſpĕr	Sponſus laceſſat regius aſperum—Tactu leonem	*Id. l.* 3.
flāvus	Credula nec flavos timeant armenta leones	*Id. in Ep.*
ĭngĕnŭus	Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem	*Id.* 2. *Ser.*
răbĭdus	Dictus ab hoc lenire tigres, rabidoſque leones	*Id. in Art.*
vĭŏlēntus	Æmonioſque arcus, violentique ora leonis	*Ov.* 2. *Met.*
hīrsūtus	Quum ſuper ipſe jacens hirſuti more leonis	*Id. l.* 4.
īrācūndus	Armeniæ tigres iracundique leones	*Id. l.* 5.
Hĕrcŭlĕus	Quum ſol Herculei terga leonis adit	*Id.* 1. *de Art.*
tŭmĭdus	——tigreſque domat, tumidoſque leones	*Id.* 2. *de Art.*
Nĕmĕæus	Si lævum radiis Nemeæum, Phœbe, leonem	*Luc. l.* 1.
fĕrus	——et hiantis ſæva leonis—Ora feri	*Col.*
jŭbātus	Sylva jubatus qualis Armenia leo	*Seneca.*
fūlmĭnĕus	Preſſus lacerto fulmineus leo	*Id.*
hōrrĭdus	Horrido tantum procul a leone	*Id.*
vălĭdus	Validos Parthi ſe miſêre leones	*Lucr. l.* 3.
fĕrōx	Ut nequeunt contra durare feroces	*Lucr. l.* 4.
Cāſpĭus	Cæde redit ſic Hyrcana leo Caſpius umbra	*St.* 8. *Th.*
ĭndŏmĭtus	Indomitiſque loqui et ſedare leonibus iras	*Sil. l.* 3.
Lŷbĭcus	—cernes Lybicum huic vallo aſſultare leonem	*Id. l.* 7.
tōrvus	Aut fremuit torvum mutatus membra leonem	*Id.*

frĕndēns Et ſtetit ante oculos frendens leo *Sil. l.* 10.
rĭgĭdus Nec Dorcas rigido fugax leoni *Mart. l.* 10.
trux ——quaterentque truces jejuna leones—Ora *Val. Fl.* 8.
ănĭmōſus Invicto clypeoque animoſi teſte Leones *Claud.*
EPITH. RECENT. gĕnĕrōſus, æſtīvus, æſtĭfĕr, ĭmpătĭēns, aūdāx, ārdēns, flāmmĭgĕr, călēns, hōrrĭfĭcus, fūrēns, fĕrvĭdus, Mārmărĭcus, Pārthĭcus, Māſſўlus, lēthĭfĕr, māgnănĭmus, ĭmpĭgĕr, frĕmēns, fōrtis, tērrĭfĭcus, cĕlĕr, flāmmĕus, ārēns.

LEPOR *et* LEPOS.

ſcūrrĭlis Et urbanitatis oratorius, non ſcurrilis lepos *Cic.*
Attĭcus Lepore tinctus Attico ſales narrat? *Mart. l.* 3.
Cēcrŏpĭus Qui ſi Cecropio ſatur lepore *Id. l.* 4.
EPITH. RECENT. dūlcis, ūrbānus, tĕnĕr, grātus, blāndus, jūcūndus, pūrus, ſuāvis, cōmis, făcĭlis, ārgūtus.

LERNA,
Græciæ palus, in qua Herculis Hydam interfecit.

gĕlĭda Ubi Lerna puro gelida perlucet vado *Seneca.*
cærŭla Circum amnis torpens, et ferro cærula Lerna *St. 3. Th.*
nŏcēns Nec te Lerna nocens nec pauperis arva Molorchi *Id. 3. Syl.*
Graĭa Sæpe licet Graiæ numerentur bellua Lernæ *Mart. l.* 5.
EPITH. RECENT. ſtāgnāns, Achaĭca.

LESBOS,
Inſula Maris Ægei ampliſſima.

Mēthўmn. Et Methymnææ potiuntur littore Leſbi *Ov. l.* 11.
EPITH. RECENT. sĕvēra, Bācchĭca, sŭpērba.

LETHE,
Inferorum fluvius, cujus aqua pota oblivionem rerum preteritarum inducere fertur.

sŏpōrĭfĕra Utque ſoporiferæ biberem ſi pocula Lethes *Ov. 4. Triſt.*
sēcūra Non ego ſi biberem ſecuræ procula Lethes *Id. 2. de Pon.*
quiēta Placido quieta labitur Lethe vado *Seneca.*
ātra Non illud janitor atræ impavidus Lethes *St. 6. Th.*
præceps Juſſus præcipitem ſubire Lethen *Id. 3. Syl.*
măla Aut placare datur aſpera numina Lethes *Id.*
infĕrna Infernæ poculis referens oblivia Lethes *Sil. l.* 1.
EPITH. RECENT. Stўgĭa, tōrpēns, Tārtărĭa, ōbſcūra, sōmnĭfĕra, ĭmmĕmŏr.

LETHUM.—*Vid.* MORS.

ĭnfōrme Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta *Vir. l.* 12.
crūdēle An fratris miſeri lethum ut crudele videres *Id. ib.*
hŏrrĭfĭcum Si quando lethum horrificum, morboſque, &c. *Id. ib.*

mĭsĕrābĭle

mĭsĕrābĭle	Quæ nempe et noſtro lethum miſerabile fratri Attulit———	*Catul.*
īnfēſtum	Tot ſimul infeſto juvenes occumbere letho	*Luc. l.* 2.
dūrum	—tunc unica diri—Conſpecta eſt lethi facies	*Id. l.* 3.
vēlŏx	Non tam veloci corrumpunt pocula letho	*Id. l.* 9.
gĕlĭdum	Ire alias tractim gelidi veſtigia lethi	*Lucr. l.* 3.
ātrum	——————— et atro	
	Imperat nefandum cupientem occumbere letho	*Stat.* 1. *Th.*
trīſte	Lethum triſte ferens auras ſecat Itala taxus	*Sil. l.* 13.
īgnāvum	Ignavo rapitur letho———	*Id. l.* 14.
īnſtāns	—— nunc inſtanti raptum avehe letho	*Id. l.* 17.
cĕlĕr	Nec celeri mittit letho	*Claud.*

LEVAMEN.

EPITH. RECENT. dūlce, mīte, mōlle.

LEVITAS.

vŏlucris	Quod ſupereſt, ubi tam volucri hæc levitate feruntur	*Lucr. l.* 4.
āgĭlis	Procurrunt levitate agili——	*Sil. l.* 14.
	EPITH. RECENT. prŏcāx, īncōnsūlta, vēntōſa.	

LEX.

vălĭda	Nec validas valeant ævi reſcindere leges	*Lucr. l.* 5.
sĕvēra	—non ante forum, legeſque ſeveras—Paſſus	*St.* 5. *Syl.*
jūſta	Juſtis legibus et foro coronat	*Id.* 4. *Syl.*
	Juris et æquarum cultor ſanctiſſime legum	*Mart. l.* 10.
ſetrĭca	Exſulta tetricis libera legibus	*Claud.*
	EPITH. RECENT. jūdĭcĕārĭa, dūra, sānĕta, rĭgĭda, āſpĕra, inviŏlābĭlis, injūſta, grăvis, ĭnīqua.	

LIBER, *pro cortice.*

hūmĭdus sūccōſus,&c.	Quæ humidum ſuccoſumque et validum librum habent	*Col.*
ārbŭtĕus	——— clauſa arbutei ſub cortice libri	*St.* 1. *Th.*
	Membra tepent ——	
	EPITH. RECENT. vĭrĭdāns, ūdus, scăber.	

LIBER.

cūltus	Ite domum, cultumque illi donate libellum	*Tib. l.* 3.
ārgūtus	Argutiſque epigrammatôn libellis	*Mart. l.* 1.
lăbōrātus	Plena laboratis habeas cum ſcrinia libris	*Id.*
lĕpĭdus	At tu Romano lepidos ſale tinge libellos	*Id. l.* 8.
	EPITH. RECENT. vŏlūmĭnōſus, ingĕnĭōſus, făcūndus, ūtĭlis, aūrātus, pĭctus.	

LIBERTAS.

vĕgĕta	Si nobilem animum vegeta libertas alit	*Sen.*
ēffræna	—prorumpat in arva—Libertas effræna mari	*Claud.*
	EPITH. RECENT. pūlchra, blānda, cāndĭda, ămœna, læta, prĕtĭōſa, aūrĕa, fēlix.	

LIBIDO.

vēsāna	Sperne lucrem, vexat mentes veſana libido	*Vir. de Luc.*
tætra	Nam ſimul ac venas inflavit tætra libido	*Hor. 1. Sat.*
vĭtĭōſa	——cui ſi vitioſa libido——fecerit auſpicium	*Id. 1. Ep.*
dāmnōſa	Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido	*Id. 2. Ep.*
indŏmĭta	Hi faciunt ad libidines indomitas	*Varro.*
dīra	Ejicere id, quò ſe contendit dira libido	*Lucr. l. 4.*
prāva	Auſoniis vota et pugnandi prava libido Creſcebat——	*Sil. l. 7.*
intēmpĕr.	—intemperans libido commovere potuit——	*Cic.*
nĕfārĭa	Repente eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido	*Id.*
intŏlĕrābĭl.	Niſi alicujus intolerabili libidine, &c.	*Id.*
flāgĭtĭōſa	Ad iſtius flagitioſas libidines	*Id.*
āvĭda	Cujus voluptatis avidæ libidines, &c.	*Id.*
vēcōrs	Cujus infecti ſemel vecors libido eſt	*Seneca.*
ſæva	Ne faceret ſteriles ſæva libido viros	*Mart. l. 9.*
pērdĭta	Flacco neutiquam probari potuit tam perdita	*Cic.*
pērnĭcĭōſa	et pernicioſa libido	
	EPITH. RECENT. fŭrĭōſa, illĭcĭta, probrōſa, occŭlta, mōnſtrōſa, effrænāta, infāmis, fŭrens, fœda, ſpūrca, tūrpis, vĭŏlēnta, fervens, impŭdens, nĕfānda, vāna, obſcœna, improba, impĕtŭōſa, nōxĭa, insāna, ŏdĭōſa, ſæva, cæca, impūra, fallāx, corrūpta.	

LIBITINA, *mortis et funerum dea.—Vid.* MORS.

ăcērba	Autumnuſque gravis, Libitinæ queſtus acerbæ	*Hor. 2. Sat.*
	EPITH. RECENT. trĭſtis, inclēmens, dira.	

LIBRA.

pēndŭla	Pendula cœleſtes libra movebat aquas	*Ov. 4. Faſt.*
jūſta	Atque iterum æquatis ad juſtæ pondera libræ	*Luc. l. 4.*
āncēps	Scis etenim juſtum gemina ſplendeſcere lance Ancipitis libræ———	*Perſ. Sat. 4.*
	EPITH. RECENT. æqua, cērta.	

LIBUM.

Cĕrĕāle	—cui cum Cereale ſacerdos—Imponit libum	*Ov. 1. Faſt.*
călēns	Melle pater fruitur, liboque infuſa calenti	*Id. 3. Faſt.*
dūlce	Libaque Mopſopio dulcia melle feram	*Tib. l. 1.*
	EPITH. RECENT. mȳſtĭcum, ădōrĕum.	

LIBYA.—*Vid.* AFRICA.

fērtĭlis	Quicquid de Libycis verritur areis	*Hor. 1. Car.*
æſtĭfĕra	—ſicut ſqualentibus arvis—Æſtiferæ Libyes	*Luc. l. 1.*
sĭtĭēns	——— per calidas Libyæ ſitientis arenas	*Id. ib.*
ārēns	Arentemque ferox Libyam———	*Id. ib.*
ārĭda	Quicquid ab occiduis Libye patet arida Mauris	*Id. l. 3.*
ſcŏpŭlōſa	Clauderet exeſis Auſtrum ſcopuloſa cavernis	*Id. l. 9.*
ſtĕrĭlis	Nec ſterilis Libye, nec Sytticus obſtitit Ammon	*Id. l. 10.*
fervēns	Quaſcunque ferventis creat arena Libyæ	*Seneca.*

flāva Ceu flavam Libyen, deſertaque pulveris Afri *St. 4. Th.*
ădūſta ———quem litus aduſtæ—Horreſcit Libyæ *Claud.*
ārdēns Ire per ardentem Libyam, ſuperare vapore *Id.*
EPITH. RECENT. călēns, sicca, pŏtēns, ărēnōſa.

LICENTIA.

lāſcīva Thebanæque jubet me Semeles puer *Hor. 1. Car.*
Et laſciva licentia
īndŏmĭta Indomita audeat reſtrænare licentiam *Id. l. 3.*
ēvăgāns Evaganti fræna licentiæ injecit *Id. l. 4.*
Fēſcēnnīna Feſcennina per hunc inventa licentia morem *Id. in Ep.*
ēffrænāta ——ſpirarent effrænatam licentiam ejus, &c. *Liv.*
ēffūſa Ab effuſa prædandi licentiam, &c. *Id.*
ēffræna —— ſuadetque licentia luxum *Claud.*
Illecebris effræna favens ——
EPITH. RECENT. fūrĭōſa, vēsāna, dāmnōſa, tĕmĕrārĭa, pērnĭcĭōſa, aūdāx, præceps.

LICIUM.—*Vid.* STAMEN, FILUM.

LICTOR.—*Vid.* CARNIFEX.

clāmōſus Me ſuperbum clamoſi lictoris abiget verga *Mart. l. 11.*

LIGNUM.

fiſsĭle Nam primi cuneis findebant fiſſile lignum *Vir. 1. Geo.*
dūrum ——— et pectora duro—Transfixi ligno *Id. 9. Æn.*

LIGO.

lōngus Sarcula raſtrique graves, longique ligones *Ov. l. 11.*
dūrus Nec ſolum raſtris duriſque ligonibus arva *Luc. l. 13.*
incūrvus Raſtraque et incurvi ſævum rubuêre ligones *St. 3. Th.*
EPITH. RECENT. ĕxĕſus, grăvis, scăber, rigĭdus, ōbtūſus, flĕxus, ātrītus.

LIGUR, *Liguriæ incolæ.*

vānus Vane Ligur, fruſtraque animis elate ſuperbis *Vir. l. 11.*
Alpīnus Inter Ligures Alpinos Genuam acceſſerunt *Livius.*
EPITH. RECENT. īndŏmĭtus, rĕbĕllis, fĕrōx.

LIGUSTRUM.

ālbum Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur *Vir. in Buc.*
EPITH. RECENT. cāndĭdum, nĭvĕum, ālbēns, lāctĕum, ŏdōrum, āmœnum, frāgrāns, rōſcĭdum, ŏdōrĭfĕrum.

LILIUM.

brĕve Neu vivax apium, neu breve lilium *Hor. 1. Car.*
cāndĭdum Ludit et aut violas, aut candida lilia carpit *Ov. 5. Met.*
cānēns Implicet; interdum canentia lilia geſtet *Id. l. 12.*
ālbum Ipſa crocos tenues liliaque alba legit *Id. 4. Faſt.*
lūcĭdum Lilia virgineos lucida per calathos *Prop. l. 3.*
vĭrēns —— calathiſque virentia lilia canis *Col.*
EPITH. RECENT. cānum, rōſcĭdum, cāndēns, pīctum, mōlle, fūlgēns, hĭāns, flōrēns, lāctĕum, vĕrnum, frāgrāns, fōrmōſum,

ſum, nĭvĕum, lūcĭdum, ārgēntĕum, ŏdōrĭfĕrum, ămœnum.

LIMA.

ūltĭma — Defuit et ſcriptis ultima lima meis — *Ov. in Triſt.*

EPITH. RECENT. āſpĕra, dēntāta, fērrĕa, ĕdāx, rōdēns, sĕvēra.

LIMAX.

EPITH. RECENT. pĭger, tārdus, lēntus, ſpūmōſus, rēpēns, cōrnĭgĕr.

LIMBUS.

pĭctus — Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo — *Vir.* 4. *Æn.*
Mæŏnĭus — At tibi Mæonio fertur circumflua limbo — *St.* 6. *Th.*
pĭctūrātus — Et picturato cohibet veſtigia limbo — *St. in Ach.*

EPITH. RECENT. villōſus, aūrātus, bāccātus, īmus.

LIMEN.

ſtrīdēns — ——— referat ſtridentia limina conſul — *Vir. l.* 7.
dūrum — Poſtibus intendit, poſuitque in limine duro — *Ov. l.* 4.
trītum — Intulit et trito fulgentem in limine plantam — *Catul.*
fērrĕum — Ferrea belligeri compeſcat limine Jani — *Lucr. l.* 4.

EPITH. RECENT. āltum, ăngūſtum, măgnĭfĭcum, sŭpērbum.

LIMUS.—*Vid.* LUTUM.

lĕvis — Tu tamen levi rimoſa cubilia limo——Unge — *Vir.* 4. *Geo.*
nĭger — Quos circum limus niger et deformitis arundo — *Id. ib.*
īnfōrmis — Informi limo glaucaque exponit in ulva — *Id.* 6. *Æn.*
mōllis — ——— imoque gurgite mollem — *Ov.* 6. *Met.*
Huc illuc limum ſaltu removere maligno

EPITH. RECENT. cœnōſus, putris, pălūſter.

LINEA.

EPITH. RECENT. lōnga, rēcta, tĕnŭis, cūrva.

LINGUA.

vēntōſa — ——an tibi Mavors——Ventoſa in lingua — *Vir. l.* 11.
flŏlĭda — Neve in me ſolidæ convicia fundere linguæ — *Ov. l.* 13.
sūbdŏla — Fac titubet blæſo ſubdola lingua ſono — *Id.* 1. *de Art.*
ămāra — Eſte procul lites, et amaræ prælia linguæ — *Id. l.* 2.
blæſa — Blæſaque ſit juſſo lingua coacta ſono — *Id.* 3. *de Art.*
prŏcāx — ——— et immodicè vibrabat more canoro — *Sil. l.* 8.
Lingua procax———
Dædăla — Mobilis articulat verborum Dædala lingua — *Lucr. l.* 4.
prŏtērva — Sic ſit in exitium lingua proterva tuum — *Ov. in Ibin.*
gārrŭla — ——quid ſi garrula lingua foret — *Mart. l.* 13.

EPITH. RECENT. blānda, mīllĭta, mōllis, fācūnda, dĭsērta, dōctĭlŏqua, lārgĭlŏqua, vērbōſa, lŏquāx, aūdāx, dūlcis, ămœna, mōrdāx, effrænis, pĕtŭlāns.

LINTEA.—*Vid.* CARBASA.

ănum	Fluctibus intulerant placido cava lintea curſu	*Val. Fl.* 4.
vīllōſum	Nobilius villoſa regant tibi lintea citrum	*Mart. l.* 14.
	EPITH. RECENT. lĕve, cāndĭdum.	

LINTER.—*Vid.* CYMBA.

ūmbrĭfĕra	Quem ſemel umbrifera navita lintre tulit	*Ov. in Ep.*
cĕlĕr	Et modo tam celeres mereris currere lentres	*Prop. l.* 1.

LINUM.

mădēns	Feſta dies illis, qui lina madentia ducunt	*Ov. l.* 6.
hūmĭdŭlum	Fallet et humiduli quæ fiet acumine lini	*Id.* 3. *de Art.*
tĕnŭe	Quo tenue linum proveniat	*Col.*
Pēlūsĭăc.	Et Peluſiaco finem componere lino	*Sil. l.* 3.
	EPITH. RECENT. ālbum, nĭtēns, lævĕ, mōlle, subtĭle, grăcĭle.	

LINUS, *Apollinis et Terpſichores filius, Muſæ lyricæ peritiſſimus, et Orphei et Herculis præceptor.*

Inăchĭus	Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino	*Prop.* 2.
	EPITH. RECENT. Thrācĭus, Apōllĭnĕus, blāndus, cănōrus, mēllĭflŭus, vōcālis, sŏnōrus.	

LIPARE *inſula, Siciliam inter et Italiam.*

EPITH. RECENT. fūmōſa, vŭlcānĭa, Æŏlĭa, hōrrĭda, tĕpĭda, tetra.

LIQUOR.—*Vid.* AQUA.

flŭĭdus	Rurſus abundabat fluidus liquor——	*Vir. Geo.* 3.
gĕlĭdus	——— ut hauriret gelidos potura liquores	*Ov. 6. Met.*
nĭtĭdus	Aut nitidum viridi lentè trahit amne liquorem	*Sil. l.* 4.
	EPITH. RECENT. vitreus, rĭgŭus, dūlcis, văgus.	

LIRIOPE, *nympha Narciſſi mater.*

cærŭla	Cærula Liriope, quam quondam fulmine curvo	*Ov.* 3. *Met.*
	Implicuit———	

LIS.

mŏlēſta	———etiam lites cum Rege moleſtas	*Hor.* 1. *Sat.*
ĭniqua	Inſequentis tamen hunc, et lite moraris iniqua	*Id.* 1. *Ep.*
ātra	—— et eripere atris—Litibus implicitum	*Id. in Art.*
tetrĭca	Nec lites tetricas, forumque triſte	*Mart. l.* 5.
ămāra	Non ſum ego cauſidicus, nec amaris litibus	*Id. l.* 12.
	EPITH. RECENT. vāna, fūnēſta, clāmōſa, vēsāna, īnsāna, răpĭda, crŭēnta, quĕrŭla, fōrēnſis.	

LITUS.

cūrvum	—— et litore curvo—Mœnia prima loco	*Vir.* 3. *Æn.*
prōcūrvum	Exoritur procurva ingens per litora fletus	*Id. l.* 5.
vĭrĭde	—— viridique in litore conſpicitur ſus	*Id. l.* 8.
ſpūmāns	Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cynthum	*Vir. in Cir.*

ūdum	Sive jactatam religârat —— Litore navem	*Hor. 1. Car.*
jūncōsum	Contribuêre aliquid, juncosaque litora Bœbes	*Ov. 7. Met.*
frĭgĭdum	Frigida me cohibent Euxini litora Ponti	*Id. 4. Trist.*
mōlle	Mollia naufragiis litora posse dari	*Id. 1. de Pon.*
frŭtĭcōsum	Mœsta tamen scopulos friticosaque litora calco	*Id. in Ep.*
bĭbŭlum	Quid bibulum curvo proscindere litus aratro	*Id. ib.*
mānsuētum	Mansuetis socio parcite litoribus	*Prop. l. 1.*
pĭctum	Litora nativis collucent picta lapillis	*Id. ib.*
flūctĭfrăg.	Denique fructifrago susupensæ in litore vestis	*Luc. l. 1.*
incūrvum	Litoris incurvi bibulam lavit æquore arenam	*Id. l. 2.*
raūcum	——tum demum litore rauco	*St. 5. Th.*
văgum	—— vaga litora furtim—Incomitata sequor	*Id.*
pērsŏnum	—— et litora persona ludo——Audierat	*Id.*
tăcĭtum	Languentis tacito lucent in litore fluctus	*Sil. l. 7.*
aprīcum	Aprica repetes Tarraconis litora	*Mart. l. 1.*
sĭnŭōsum	———— dum litora blando	*Val. Fl. 2.*
	Anfractu sinuosa legunt——	
	EPITH. RECENT. rĕflŭum, ărēnōsum, spūmōsum, prŏcēllōsum, ūndōsum, hūmĭdum, rĕsŏnāns, ūndĭsŏnum, naūfrăgum.	

LITUUS.—*Vid.* TUBA.

strĕpēns	Jam tacet stridor litui strepentis	*Seneca.*
sŏnōrus	—— propiusque sonorus—Vincentum lituus	*Sil. l. 4.*
ăcer	—— quis turba canum non segnior acres	*Val. Fl. 3.*
	Exsilit ad lituos	
	Terribiles rursum lituos veteranus adibo	*Claud.*
	EPITH. RECENT. tōrtĭlis, ærĕus.	

LIVOR.

ĭnĕrs	Livor iners vitium mores non exit in altos	*Ov. 1. de Pon.*
cŭpĭdus	Falsa licet cupidus deponat gaudia livor	*Prop. l. 1.*
ăcĕrbus	——————rabiem livoris acerbi	*Catul.*
	Nulla potest placare dies— —	
ānxĭus	——— morbus, livorque secundis——Anxius	*Id.*
ĕdāx	I nunc livor edax, dic tu cessisse Neroni	*Mart. l. 11.*
mălus	Dum malus obtractat fama immortalia livor	*Sil. l. 11.*
	EPITH. RECENT. āter, mōrdāx, ēxsānguis, nĭger, tābĭfĭcus, mălīgnus, ĭnīquus, ĭmpĭus, pāllĭdus, Tārtărĕus, ūrēns, tōrvus.	

LOCRI.

Nārĭcĭi	Hic et Naricii posuerunt mœnia Locri	*Vir. 3. Æn.*

LOCULUS.

ĕbūrnus	Gramina continuò loculis depromit eburnis	*Ov. 6. Fast.*
	EPITH. RECENT. aūrātus, dūlcis, aūrĕus, căpāx, ĭnānis, plēnus, dīves.	

LOCUSTA.

	EPITH. RECENT. tĕnŭis, lĕvis, ēxīlis, vĭrĭdis, pārva, stridēns, picta, ĕdāx.

LOLIUM.

infēlix	Infelix lolium, et ſteriles dominantur avenæ	*Vir.* 1. *Geo.*
	EPITH. RECENT. ămārum, nōxĭum, ſtĕrĭle.	

LOQUACITAS.—*Vid.* GARRULITAS.

LOQUELA.

vĕrbōſa	Verboſa gaudet Venus loquela	*Catul.*
ſuāvis	Circumfuſa ſuper, ſuaves ex ore loquelas	*Lucr. l.* 1.

LORICA.

trĭlix	Loricam conſertam hamis, auroque trilicem	*Vir.* 3. *Æn.*
rĭgēns	Fatiferumque enſem, loricam ex ære rigentem	*Vir. l.* 7.
sangŭinĕa	Sanguineam, ingentem, qualis cum cærula nubes	*Id. l.* 6.
bĭlix	——rumpitque infixa bilicem—Loricam	*Id. l.* 12.
Ibēra	Mutare loricis Iberis pollicitus	*Hor.* 1. *Car.*
tōrta	— quà torta graves lorica catenas—Opponit	*Luc. l.* 7.
	EPITH. RECENT. bēllĭcōſa, mĭcāns, crŭēnta, fūlva, ăhēna, ærāta, atrox, crŭēnta.	

LORUM.—*Vid.* HABENA.

ŭndāns	—nec ſi immiſſis aurigæ undantia lora	*Vir.* 5 *Æn.*
trĕmŭlum	Contentus tremulo monſtrâſſe cubilia loro	*Luc.*

LOTOS, *arbor.*

ĭmpĭa	——— inter quas impia lotos	*Vir. in Cul.*
ăquārĭca	In ſpem baccharum florebat aquatica lotos	*Ov. l.* 10.
ămāra	Nec diguſtanti lotos amara fuit	*Id.* 4. *Pon.*
Mygdŏnĭa	Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine loton	*Sil. l.* 8.
Phrygĭa	Ut ſtrepit aſſidue Phrygiam ad Milotica loton	*Id. l.* 11.
Pāllădĭa	Palladia tenero lotos arbore ſonat	*Mart. l.* 11.
ūnca	——— gaudebat et uncam	*Id.*
	EPITH. RECENT. mūltĭfōra, ăquātĭlis.	

LUCANUS, *poeta inſignis, Senecæ nepos.*

EPITH. RECENT. Hiſpānus, dōctĭlŏquus, ārdēns, Ibērus.

LUCERNA.—*Vid.* LAMPAS.

vĭgĭl	—— et vigiles lucernas——Perfer in lucem	*Hor.* 3. *Car.*
vīva	Vivæque producent lucernæ	*Id. ib.*
clāra	Natura incendit ſub clara nuda lucerna	*Id.* 2. *Sat.*
mātūtīna	Et matutinis operitur feſta lucernis	*Juv. Sat.* 3.
	EPITH. RECENT. fērvēns, lūcĭda, nōctĭfūga, nōctūrna, pinguis.	

LUCIFER.

vĭgĭl	———et vigil Eois——Lucifer exit equis	*Ov.* 6. *Faſt.*
nĭtĭdus	————cœlo nitidiſſimus alto	*Id.* 1. *Triſt.*
	Stella gravis nobis Lucifer ortus erat	
ālbus	Afferat, admiſſo Lucifer albus equo———	*Id.* 3. *Triſt.*
nĭtēns	——————— Aurora nitentem	*Tib.*
	Luciferum roſeis candida portet equis	

EPITH. RECENT. rŭtĭlāns, rōscĭdus, aūrĕus, fūlgēns, ārdēns, ālmus.

LUCINA.—*Vid.* JUNO, DIANA.

LUCRETIA, *uxor Collatini, cui Sextus Tarquinius, Superbi filius, vim turpiter intulit.*

EPITH. RECENT. bella, cāsta, cōnstāns, pŭdica, fōrmōsa, vĕnūsta, īnfēlix, Rōmāna, gĕnĕrōsa.

LUCRETIUS *poeta.*

sūblīmis	Carmina sublimis nunc sunt peritura Lucreti	*Ov.* 1. *El.*
dōctus	Et docti furor arduus Lucreti	*St.* 2. *Syl.*

LUCELLUM.

dūlce	Quid purè tranquillet, honos, an dulce lucellum	*Hor.* 1. *Ep.*

LUCTAMEN.—*Vid.* CONATUS.

LUCTUS.

crūdēlis	—— crudelis ubique—Luctus, ubique pavor	*Vir.* 2. *Æn.*
mœstus	——mœstoque immugit regia luctu	*Id. l.* 12.
tūrpis	Luctusque turpes et querimoniæ	*Hor.* 2. *Car.*
ămārus	——quamquam luctus removentur amari	*Ov. l.* 14.
āter	Aterque luctus sequitur	*Sen.*
ātrox	————stat sanguineo discissus amictu Luctus atrox	*St.* 4. *Th.*
tŭmĭdus	Tantalus et tumido percenset funera luctu	*Id. l.* 4.
trīstis	Tristem mœrenti solatur pectine luctum	*Sil. l.* 5.
ĕdāx	Luctus edax, macieſque malis comes addita	*Id. l.* 14.
sēgnis	——segnique juvat frigescere luctu	*Val. Fl.* 3.
mīsĕr	Interea et misero manat juba sordida luctu	*Id. ib.*
ĭnērs	Sed lachrymis potius, luctuque absumor inerti	*Id. l.* 4.
lĭvĭdus	—— et saucia lividus ora——Luctus	*Claud.*
ūndāns	Auxeris undanti si tristia funera luctu	*Id.*

EPITH. RECENT. ăcĕrbus, sævus, ăcer, flēbĭlis, hōrrĭbĭlis, hōrrĭbĭlis, quĕrŭlus, rĭgĭdus, mœrēns, mīsĕrābĭlis, fātālis.

LUCUS.—*Vid.* SYLVA.

sŏnāns	Jam mihi per turpes videor lucosque sonantes	*Vir. in Buc.*
sÿlēns	Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes	*Id.* 1. *Geo.*
cālīgāns	Et caligantem nigra formidine lucum	*Id.* 4. *Geo.*
frōndōsus	Corporaque ipsa boum frondoso desere luco	*Id. ib.*
ŏpācus	Nulli certa domus, lucis habitamus opacis	*Id.* 6. *Æn.*
nĭger	Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra	*Id.* 3. *Fast.*
āter	Hunc triplici muro lucis incluserat atris	*Id.* 3. *El.*
dēsērtus	Ac nunc desertis cessant sacraria lucis	*Prop. l.* 3.
ūmbrāns	——ingens domus—Umbrante luco tegitur	*Seneca.*
ĭnērs	Lucus iners, subterque cavis grave rupibus antrum	*St. l.* 10.
sūblimis	Lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi	*St. in Ach.*

vĭrĭdis Tot virides lucos, tot ſaxa imitantia vultus *St. 1. Syl.*
fătĭdĭcus Et ſua fatidico repetebat nomina luco *Sil. l. 1.*
sŏnōrus ——————————alta ſonoro *Id. l. 3.*
Collifis trabibus volvuntur murmura luco
āltus ————lucoſque effuſus in altos *Id. l. 4.*
pāllēns Feſtaque pallentes hilarent altaria lucos *Id. l. 6.*
căſtus Viſa pavens caſtis Hecates excedere lucis *Val. Fl. 5.*
EPITH. RECENT. vōcālis, hōrrēns, frăgōſus.

LUDIBRIUM.—*Vid.* LUDUS.
EPITH. RECENT. āſpĕrum, nōxĭum, tūrpe.

LUDUS.

īnsŏlēns Ludum inſolentem ludere pertinax *Hor. 3. Car.*
jŏcōſus Mater ades florum, ludis celebrata jocoſis *Ov. 5. Triſt.*
sōlēmnīs Solemnes ludos circi celebrate, Quirites *Id. ib.*
jŏcāns Quorum noctivago ſtrepitu, ludoque jocanti *Lucr. l. 4.*
plăcĭdus ——placido noli unquam parcere ludo *Corn. Gal.*
vĭgĭl ——vigili ſimul omnia ludo—Feſta vident *Val. Fl. 2.*
mōllis Nec molles egeant noſtra dulcedine ludi *Claud.*
EPITH. RECENT. lætus, tĕnĕr, dūlcis, lĕvis, lĕpĭdus, thĕātrālis, pŭĕrĭlis, dŭbĭus.

LUES.

tābĭda *et* ————ſubito quum tabida membris *Vir. 3. Æn.*
mĭsĕrānd. Corrupto cœli tractu, miſerandaque venit
Arboribus ſatiſque lues————
dīra Dira lues populis ira Junonis iniquæ *Ov. l. 7.*
ĭmpūra Ut ludos hæc lues impura pollueret *Cicero.*
fœda Puerile fœda corpus urebat lue *Senecca.*
ăcĕrba Fertur acerba lues disjectis incita telis *Syl. l. 17.*
ĭnĭmĭca It totis inimica lues cum turbine caſtris *Id. l. 17.*
ſæva —pellere ſævam—Quondam fata luem dederant *Val. Fl. 4.*
vĭŏlēnta Tiphyn agit violenta lues———— *Id. l. 5.*
EPITH. RECENT. mĭsĕra, pĕrnĭcĭōſa, fūnēſta.

LUMBI.

lāſcĭvi Laſcivos docili tremore lumbos *Mart. l. 5.*
tĕnĕri Si tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum *Juv. Sat. 8.*
EPITH. RECENT. călĭdi, sălăces.

LUMEN *et* LUMINA, *pro oculis.*

cāndĭda Candidaque aurato quatiebat lumina curru *Vir. in Cul.*
flāmmānt. Aſpectuque micant flammantia lumina torvo *Id. ib.*
rŏsĕum Tithoni conjux roſeo ſub lumine terras *Id. de or. Sol.*
rădĭāntĭa Utque trahunt oculos radiantia lumina ſolis *Ov. 2. Triſt.*
flāmmĕa Flammea ſubduxi medicato lumina ſomno *Id. in Ep.*
trĕmŭla Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti *Id.*
tūrgēntĭa Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques *Prop. l. 1.*
ūda Reſpiciens udis perdita luminibus *Id.*
hūmĭda Humidaque impreſſa ſiccabat lumina lana *Id. l. 2.*

cŭpĭda

cŭpĭda	Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine virgo	*Catul.*
clāra	Et tenebris tantis tam clarum extollere lumen	*Lucr. l. 2.*
fŭlgĭda	Fulgida præſertim cum cernere ſæpe nequimus	*Id. ib.*
	Lumina luminibus——	
cĕrŭſca	——ferturque coruſcis	*Id. l. 6.*
	Omnia luminibus luſtrans——	
cāndēntĭa	Octavoque fere candenti lumine ſolis	*Id. ib.*
mūltĭfĭda	Multifida attollens antiqua lumina cedro	*St. 2. Th.*
rădĭāta	Siderumque orbes, radiataque lumina cœlo	*Id. 3. Syl.*
ĭgnĕa	Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma	*Sil. l. 2.*
flāgrāntĭa	Admota ac dira flagrantia lumina flamma	*Id. l. 17.*
vŏlucre	Et frænos volucri propellunt lumine flammæ	*Id. ib.*
ſtellāntĭa	——cujus ſtellantia glauca	*Val. Fl. 2.*
	Lumina nube tremunt——	
văga	——iterum tacito ſparſit vaga lumina vultu	*Id. l. 6.*
grāta	Nonne ſatis viſum eſt grati quod luminis——	*Claud.*

EPITH. RECENT. glaūca, rŭtĭla, lāctĕa, lūcĭda, vĕnūſta, nĭtĭda, rădĭōſa, ālbēntĭa, vivĭda, aūrĭcŏma, ērrāntĭa, pūlchra.

LUNA.

mēnſtrŭa	Ipſe pater ſtatuit, quid menſtrua luna moneret	*Vir. 1. Geo.*
rōſcĭda	——et ſaltus reſicit jam roſcida luna	*Id. 3. Geo.*
Dĭctўnna	Dictynnam dixêre tuo de nomine lunam	*Id. in Cir.*
ērrāns	Hic canit errantem lunam, ſoliſque labores	*Id. 1. Æn.*
tăcĭta	——tacitæque per amica ſilentia lunæ	*Id. 2. Æn.*
pūra	Ut pura nocturno renidet—Luna mari	*Hor. 1. Car.*
nŏctĭlūca	Rite creſcentem facere noctilucam	*Id. l. 4.*
rūbēns	Infernas errare canes lunamque rubentem	*Hor. 1. Sat.*
văga	—ſimul ac vaga luna decorum—Protulit os	*Id. ib.*
aūrĕa	——fugit aurea cœlo—Luna	*Ov. l. 10.*
nĭvĕa	Quo ſolet et niveæ vultum confundere lunæ	*Id. l. 14.*
ālta	Lunaque nocturnos alta regebat equos	*Id. 1. Triſt.*
cāndĭda	Hanc ego ſuſpiciens, faveas, ô candida, dixi	*Id.*
pĕrnox	Præliumque ante lucem, ſed pernox luna erat	*Livius.*
lūcĭda	Lunaque non gracili ſurrexit lucida cornu	*Luc. l. 5.*
rădĭāns	Sole repercuſſum aut radiantis imagine lunæ	*Luc. l. 8.*
ĭgnĕa	——junctos cum jam ſoror ignea Phœbi	*Stat. 8. Th.*
nŏctĭvăga	Lumina noctivagæ tollit Pharos æmula lunæ	*Id. 3. Syl.*
tĕnĕra	——teneræ rubuerunt cornua lunæ	*Id. in Ach.*
tŭrbĭda	Lunaque conceptis liveſcant turbida cautis	*Claud.*

EPITH. RECENT. sĭlēns, bĭcōrnis, glōbōſa, Lātōnĭa, pērnix, rūtĭlāns, lāctĕa, vărĭa, sĕnēſcēns, vēlōx, nĭtēns, nōctūrna, fūlgēns, cōrnĭgĕra, rădĭōſa, pāllĭda, mĭcāns, ārgēntĕa.

LUPA.

răva	Ruva decurrens lupa Lanivino	*Hor. 3. Car.*
răpĭda	——et rapidæ trades ovile lupæ	*Ov. 3. de Art.*

inhūmāna	Nutrit inhumana dura papilla lupæ EPITH. RECENT. Mārtĭa, ĭmmānis, trux.	*Prop. l. 4.*
	LUPA, *pro meretrice.*	
sāxĕa	Illa velut rupes immoto ſaxea niſu	*St.* 2. *Th.*

căva	———ſubterque cavis grave rupibus antrum	*Stat. l. 20.*
ūndĭsŏna	At Thetis undiſonis per noctem in rupibus adſtans	*Id. in Ach.*
ăĕrĭa	Aëriæ rupes ſcopulorum more revulſa	*Sil. l. 1.*
frondōſa	——et penitus frondoſis rupibus antra	*Id. l. 7.*
dūra	————duris quà rupibus hæret—Bellator	*Id. l. 12.*
hŏrrĭda	Ac velut in medio rupes latet horrida ponto	*Val. Fl. 3.*

Pro epithetis minoribus huic nomini *propriis vid.* SAXUM, MONS.

RUS.

flōrĕum	Qualis apes æſtate nova per florea rura	*Vir. 1. Æn.*
	Exercet ſub ſole labor——	
aprīcum	Per meos fines et aprica rura—Lenis incedas	*Hor. 3. Car.*
frīgĭdum	—Gabioſque petunt, et frigida rura	*Id. 1. Ep.*
fĕrāx	Et quoſcunque deos umbroſaque ſylva, ferax-que——Rus habet	*Ov. 1. Met.*
ŏpācum	——concepta peſtis invaſit opaca rura	*Colum.*

Pro epithetis minoribus huic nomini *propriis vid.* AGER, CAMPUS.

RUSTICITAS.

dūra	Hirſutum et dura ruſticitate trucem	*Mart. l. 7.*

EPITH. RECENT. indŏcta, incūlta, agrēſtis, sīmplex, hŏrrĭda, īmpĕrīta.

RUSTICUS.

ācer	Jam tum acer curas venientem extendit in annum—Ruſticus	*Vir. 2. Geo.*
indŏctus	Indoctus quid enim ſaperet liberque laborum Ruſticus————	*Hor. in Art.*
fŏrtis	Fortia arat valido ruſticus arva bove	*Tib. l. 2.*

Pro epithetis minoribus vid. AGRICOLA.

RUTA.

rĭgēns	Inde comas apii gracilis rutamque rigentem	*Vir. in Mor.*

EPITH. RECENT. ămāra, vĭrĭdis, sălubris, mūltĭcŏma, sălūtāris, flōrĭda.

RUTILI. *Italiæ populi.*

EPITH. RECENT. fŏrtes, āntīqui, aūdāces, bēllĭgĕri.

S.

SABA, *urbs Arabiæ Felicis.*

EPITH. RECENT. thūrĭfĕra, ŏdōra, frāgrāns, rĕdŏlens, fĕrāx.

SABÆI, *Arcadiæ Felicis populi.*

mōlles	India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi	*Vir. l. 1. Geo.*
fătĭlĕgi	Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi	*Luc. l. 2.*

ŏdōrĭfĕri

ŏdōrĭfĕri Ignis odoriferos exhauſit flamma Sabæos *Stat. l. 1. Syl.*
dītes ——dites nec ſi tibi rara Sabæi—Cinnama *Id. l. 5. ib.*
thūrĭfĕri Hac quoque thuriferos felicia regna Sabæos *Val. Fl. l. 6.*
lĕves ——————Medis, levibuſque Sabæis *Claud.*
Imperat hic ſexus——————
EPITH. RECENT. pīngues, ūnĉti. thūrĭlĕgi.

SABBATUM.

rĕcŭtītum ——————recutitaque Sabbata palles *Perſ. Sat. 5.*
fēſtum Obſervant ubi feſta mero pede Sabbata reges *Juv. Sat. 6.*
EPITH. RECENT. sānctum, sācrum. cōlēndum, sōlēnne, dīvīnum, hŏnōrāndum.

SABINI *et* SABINÆ, *Italiæ populi.*

rĭgĭdi Et Gabiis, et cum rigidis æquata Sabinis *Hor. l. 2. Ep.*
dūri Qui quærit Tatios veteres, duroſque Sabinos *Prop. l. 2.*
ĭntāctæ Tu rapere intactas docuiſti impune Sabinas *Id.*
priſci Simplicior priſcis Numaci Galle Sabinis *Mart. l. 10.*
vĕtĕres ——————ac veteres imitata Sabinas *Juv. Sat. 10.*
EPITH. RECENT. fōrtes, māgnānĭmi.

SACELLUM.—*Vid.* TEMPLUM.

SACERDOS.

cānus Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos *Ov. l. 4. Faſt.*
lānĭgĕr Laniger et poſita ſuſpirans veſte ſacerdos *Claud.*
EPITH. RECENT. dīvīnus, cāſtus, vīttātus, săcer, pūrus, sānctus, pĭus, vĕnĕrābĭlis, ālmus.

SACRUM.

pĭum I mea, dixit, avis, ne quid pia ſacra moretur *Ov. l. 2. Faſt.*
cāſtum De hinc ſociare choros, caſtiſque accedere ſacris *Stat. in Ach.*
EPITH. RECENT. sōlēmne, pingue, ŏdōrātum, &c.

SÆCULUM.

EPITH. RECENT. vŏlūbĭle, lōngum, fēlix, prĭus, fūtūrum.

SÆVITIA.—*Vid.* CRUDELITAS.

nĕfānda ——memoremque nefandæ—Dirum ſævitiæ *Luc. l. 2.*
ĭgnĕa Igneam ſævitiam differens *Colum. 8.*

SAGA.—*Vid.* VENEFICA.

răpāx Aut tu quam primùm ſagæ præcepta rapacis *Tibul. l. 2.*
Deſere——————
Thēſsăla Eluere aut vaſto Theſſala ſaga muri *Prop. l. 2.*
Cўtæis Non hic verba valent, non hìc noctiurna Cytæis *Id. ib.*
gārrŭla Excipiet ut ſomnos garrula ſaga tuos *Mart. l. 3.*
EPITH. RECENT. prŏfāna, ſæva, impĭa, scĕlĕrāta, fāllāx, ĭnfĕrna.

SAGITTA.

Crētæa	Attica Cretæa ſternebat rura ſagitta	*Vir. in Cir.*
cĕlĕr	——————celereſque ſagittis—Corripuit	*Id.* 1. *Æn.*
vŏlucris	——————illa Noto citius volucrique ſagitta Ad terram fugit——————	*Id. l.* 5.
Thrēĭcĭa	Alter Amazoniam pharetram, plenamque ſagittis——Threiciis	*Id. ib.*
ſtrīdēns	Hic juvenis primam ante aciem ſtridente ſagitta	*Id. l.* 7.
lĕvis	——————jaculo celerem levibuſque ſagittis	*Id. l.* 9.
vĕnēnāta	Nec venenatis gravida ſagittis	*Hor.* 1. *Car.*
vŏlāns	Hoſtis equo pollens, longeque volante ſagitta	*Ov.* 3. *Triſt.*
hāmāta	Pars cadit hamatis miſerè confixa ſagittis	*Id. ib.*
Bĭſtŏnĭa	Altera Biſtonias pars eſt ſenſura ſagittas	*Id.* 1. *de Pon.*
ſcĕlĕrāta	Tu pia tela feres, ſceleratas ille ſagittas	*Id.* 1. *de Art.*
Pārtha	Vince cupidineas pariter Parthaſque ſagittas	*Id.* 1. *de Rem.*
Gĕtĭca	Denique Sarmaticas inter Geticaſque ſagittas	*Id. in ib.*
Achæmĕnĭa	Non tot Achæmeniis armantur fuſa ſagittis	*Prop.*
Mēda	Neve tua Medæ lætentur cæde ſagittæ	*Id. l.* 3.
Eōa	——————nec Eois pejor Gortyna ſagittis	*Luc. l.* 3.
Thēſsălĭca	Nox quod Theſſalicus urgebat parva ſagittas	*Id. l.* 4.
Lĕrnæa	Improbe, Lernæas victor paſſure ſagittas	*Id. l.* 6.
Ithūræa	——————Ithuræis curſus fuit inde ſagittis	*Id.*
Scўthĭca	Experti Scythicas Craſſo periunte ſagittas	*Id. l.* 8.
Cydŏnĭa	——————Cydoneas anteibunt geſa ſagittas	*Stat. l.* 7.
fōrmīdānda	Et formidandæ non una in morte ſagittæ	*Id. l.* 8.
Hĕrcŭlĕa	Arcas et Herculeæ juviſſent bella ſagittæ	*Id. l.* 10.
văga	——cæloque vagis ſpes nulla ſagittis	*Id.*
Pārthĭca	Sagitta qualis Parthica, velox manu	*Seneca.*
pĭnnĭgĕra	Nec mos pinnigeris pharetram impleviſſe ſagittis	*Sil. l.* 8.
ărcāna	Occidit arcana genetrix abſumpta ſagitta	*Val. Fl.* 1.
cŭpĭda	——————cupidas arcete ſagittas	*Claud.*
ĭnfēſta	Audet, et infeſtis pugnam inſtaurare ſagittis	*Juv. Sat.* 15.
	EPITH. RECENT. ācūta, răpĭda, dīra, crūdēlis, præceps, lēthālis, ĭmmītis, ærāta, ĭmpröba, crŭēnta, vēlōx, pēnnāta, dūra, hōrrĭsōna, ălāta, &c.	

SAGUNTUS *et* SAGUNTUM, *Hiſpaniæ urbs.*

Graĭa	Quod tanto cecidit molimine Graia Sagunthus	*Sil. l.* 3.
Rŭtŭla	——————Rutulum fumaſſe Sagunthum	*Id. lib.* 4.
ănĭmōſa	——————eſt animoſa Sagunthus	*Id. lib.* 9.
mĭsĕra	Infelix, fidei miſeræque ſecunda Sagunto	*Id. l.* 12.
	EPITH. RECENT. rĭgĭda, Hiſpāna, Mārtĭa, fĭda, fĭdēlis.	

SAGULUM.

vīrgātum	Virgatis lucent ſagulis, &c.	*Vir. l.* 8.
	EPITH. RECENT. cāſtrēnſe, sērĭcum, cāndĭdum.	

SAGUM.—*Vid.* SAGULUM.

lūgubre Punico lugubre mutavit ſagum *Hor. in Ep.*

SAL.

pūrum Far erat et puri lucida mica ſalis *Ov. l. 1. Faſt.*
fūsĭle Vel cum fuſili ſale trita *Col. l. 7.*
EPITH. RECENT. æquōrĕum, ālbum, cāndĭdum, mărīnum, săpōrum, ācre, mōrdax.

SALAMIS, *inſula.*
EPITH. RECENT. āntīqua, nōbĭlis, Cyprĭa.

SALEBRÆ.
EPITH. RECENT. præcĭpĭtes, āſpĕræ, ĭnæquāles, dĭffĭcĭles, læves.

SALES, *pro Joco.*—*Vid.* JOCUS.

prŏtĕrvi Et ridens jocus, et ſales protervi *Stat. 1. Syl.*
cōmpŏsĭti Compoſitoſque ſales, meditataque verba locutus *Id.*
Rōmāni Aut tu Romano lepidos ſale tinge libellos *Id. lib. 8.*
læti Qui lætis riſum ſalibus movĭſſe facetus *Claud.*
dōcti Temperieſque, doctique ſales, et grata ſenectus *Id.*

SALICTUM.

cānens Populus et glauca canentia fronde ſalicta *Vir. l. 2 Geo.*
ūdum ——nunc in udo—Ludere cum vitulis ſalicto *Hor. l. 2. Car.*
cānum Cana ſalicta dabant, nutritaque populus unda *Ov. 5. Met.*
dēnſum Juncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis *Id. l. 11.*
EPITH. RECENT. hŭmĭle, grăcĭle, mōlle, ūmbrāns, ūmbrōſum.

SALINUM.

pūrum Eſt tibi far modicum, purum, et ſine labe ſalinum *Perſ. Sat. 3.*

SALIVA.

ſpūrca Suavia conjunxit ſpurca ſaliva tua *Catul.*
lūſtrālis Infami et digito et luſtralibus ante ſalivis Expiat—————— *Perſ. Sat. 2.*
EPITH. RECENT. vĕnēnōſa, mōllis, dūlcis, putris, lābāns, lūſtrālis.

SALIUNCA.

hŭmĭlis Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis *Vir. in Buc.*
EPITH. RECENT. vĭrēns, frōndēns, ŏpāca, ſuāvis, ŏdōra.

SALIX.

ămāra Florentem cytiſum, et ſalices carpetis amaras *Vir. in Buc.*
lēnta Lenta ſalix fero pecori, mihi ſolus Amyntas *Id. ib.*
fœcūnda Viminibus ſalices fœcundæ frondibus ulmi *Id. 3. Geo.*
glaūca Et glaucas ſalices, caſeamque crocumque rubentem *Id. 4. Geo.*
āmnĭcŏla Amnicolæque ſimul ſalices, et aquatica lotos *Ov. l. 10.*

ūmbrōſa

ūmbrōſa	————umbroſæ ſalices, volucreſque canoræ Fecerunt ſonos————	*Ov. 3. Faſt.*
vīmĭnālis	Salices viminales atque arundineta	*Colum. l. 8.*
cāna	Primùm cana ſalix madefacto vimine	*Luc. l. 4.*
tĕnĕra	Nec teneræ ſalices, atque herbæ rore vigentes	*Lucr. l. 2.*

SALMONEUS,

Elidis rex, qui, cum Jovis fulmen mentiretur, ab ipſo Jove fulminatus eſt.

aūdāx	————quid tale vel audax Fulmine Salmoneus, vel lingua Tantalus egit EPITH. RECENT. sŭpērbus, tĕmĕrārĭus, ĭmpĭus, infēlix.	*Claud.*

SALTUS, *pro ſylva.*

prŏfūndus	Complentur valleſque cavæ, ſaltuſque profundi	*Vir. 2. Geo.*
sēcrētus	Sic tibi ſecretis agilis dea ſaltibus adſit	*Ovid.*
sўlvōſus	Saltus duo alti, ſylvoſique ſunt	*Livius.*
āvĭus	In ſaltum avium compulſam eſſe	*Id.*
dēvĭus	Viamque per devios ſaltus, &c.	*Id.*
ĭnvĭus	Ad conſulem per ſaltus prope invios pervenêre	*Id.*
rĕcōndĭtus	Sylvarumque virentum, ſaltuumque recondi-torum	*Catul.*
vāſtus	Devia, quà vaſtos aperit Candavia ſaltus	*Luc. l. 6.*
vĭrĭdis	At mater virides ſaltus orbata peragrans	*Lucr. l. 2.*
ūmbrĭfĕr	——umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus	*Juv. Sat. 10.*
rĭgŭus	Fraude Dionæa riguos Proſerpina ſaltus	*Claud.*
fĕrus	Illa feros ſaltus, et deſolata relinquens Mænala———— *Pro epithetis minoribus vid.* SYLVA.	*Id.*

SALTUS, *ex* ſalto.

præceps	—ſeque ipſe per ignem—Præcipiti jecit ſaltu	*Vir. lib. 8.*
lĕvis	Doque leves ſaltus, udæque innitor arenæ	*Ov. l. 3. Met.*
pērnix	Denique jam ſaltu, pernici tollere corpus	*Lucr. l. 5.*
vŏlūcer	————volucri ſuper agmina ſaltu	*Stat. 6. Th.*
răpĭdus	I, medium rapido Boreamque illabere ſaltu	*Id. 7. Th.*
vŏlāns	———arcere volantes—Cornipedum ſaltus EPITH. RECENT. cōncĭtus, trĕmŭlus, ēxcĕlſus, prærāpĭdus, ăgĭlis.	*Claud.*

SALUM, *pro mare.*

ſpūmāns	Fit ſonitus ſpumante ſalo	*Vir. 2. Æn.*
răpĭdum	Rapidum ſalum tuliſtis, &c.	*Catul.*
trĕmŭlum	Tum tremuli ſalis adverſas procurrere in undas *Pro epithetis minoribus vid.* MARE.	*Id.*

SALUS.

sālvis	Si tibi contingat cum dulci vita ſalute EPITH. RECENT. blānda, tūta, ſpērāta, grāta, ōpūta, cērta, sēcūra.	*Ov. 5. Triſt.*

SAMBUCUS,

SAMBUCUS, *arbor.*

EPITH. RECENT. mĕdūllāta, ŏlēns, trĭāngŭla.

SAMOS, *insula.*

Thrēĭcĭa	Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur	*Vir. l.* 7.
cōncĭnna	Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis	*Hor.* 1. *Ep.*
Jūnōnĭa	——————et jam Junonia læva Parte Samos fuerat——	*Ov. lib.* 8.
vĕtus	Et veterem Latio suppositisse Samon	*Id. l.* 6.

EPITH. RECENT. fœcūnda, pūlchra, illūstris.

SANGUIS.

āter	Vulneribus crebris lavit ater corpora sanguis	*Vir.* 3. *Geo.*
spūmāns	——et plenos spumanti sanguine rivos	*Id. lib.* 9.
rŭber	Gelidus infeciet rubro sanguine mucro	*Hor.* 3. *Car.*
crāssus	Jamque hebes, et crasso non asper sanguine mucro	*Id. ib.*
pūnĭcĕus	Bellua puniceo mistos cum sanguine fluctus	*Ov.* 4. *Met.*
nĭger	——inque ipsa niger carchesia sanguis	*Id. l.* 12.
tĕpĭdus	Spectentur tepido maculatæ sanguine arenæ	*Id.* 3. *Art.*
călĭdus	Dum movet hæc calidus spirantia corpora sanguis	*Luc. l.* 1.
fĕrvĭdus	Fervidus hæc iterum circa præcordia sanguis	*Id. l.* 2.
sōrdĭdus	Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sanguis	*Id. l.* 4.
tēter	Profluvium porro cui tetri sanguinis acre	*Lucr. l.* 6.
pūrpŭrĕus	Ibat purpureus niveo de pectore sanguis	*Stat. l.* 9.
tĕnĕr	Spiritus et teneto manifesti in sanguine mores	*Id.* 1. *Syl.*
pĭnguis	Ille ubi concretos pingui jam sanguine crines	*Val. Fl.* 2.

EPITH. RECENT. fœdus, fūmāns, fĕrvēns, vīnĭflŭus, dĭcŏlor, ūndāns.

SANIES.

spūrca	Olet et saniem spurcam mittit	*Cato.*
vĕnēnāta	Quum sanciatur venenatam saniem mittit	*Col. l.* 8.
lētĭfĕra	Letiferam citra saniem tunc irrita pestis	*Luc. l.* 4.
nigra	——————nigramque per artus Stillantis tabe saniem——	*Id. l.* 6.
īnfānda	Infandam ejectans saniem	*Stat. l.* 9.
putris	——————nuda ossa, putremque Urere permittat saniem——	*Id. l.* 12.
ārra	—nunc fractis ossibus atram—Absorbet saniem	*Sil. l.* 6.
tābĭfica	Tabificam expirat saniem, &c.	*Id.*
tūrpis	Turpi plaga sanie perfusa est	*Seneca.*
stīllāns	Stillante sanie per putres vultus	*Id.*
crāssa	Stat crassa turpis sanie nodoque jubarum	*Claud*

EPITH. RECENT. crūēnta, putrĭda, cōncrēta, pēstĭfĕra, hōrrēnda.

SANITAS.

EPITH. RECENT. firma, integra, blanda, vivida, perpetua, constans.

SANNA.

postica	Occipite cæco posticæ occurrite sannæ	*Pers. Sat.* 1.
rugosa	Discе, sed ira cadat naso, rugosaque sanna	*Id. Sat.* 5.

SAPIENTIA.

divina	Nimirum hæc est illa præstans et divina sapientia	*Cicero.*
victrix fort.	Victrix fortunæ sapientia	*Juv. Sat.* 13.
	EPITH. RECENT. Palladia, cœlica.	

SAPOR.

jucundus	Illi jucundos primum matura sapores	*Tibull. l.* 1.
dulcis	In quo est sapor dulcis	*Varro.*
	EPITH. RECENT. odoratus, gratus, vapidus, amarus, aspер, insuavis, nectareus.	

SAPHO,

Lesbia lyrica, carminis inventrix quod ab ea Sapphicum *appellatur.*

Aolia	Viruntque commissi calores Æoliæ fidibus puellæ	*Hor.* 4. *Car.*
mascula	Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho	*Id. l.* 1. *Ep.*
poetica	Grata lyram posuit tibi, Phœbe, poetica Sappho	*Ovid.*
Pelasgis	Sive juvat longe fuisse Pelasgida Sapphon	*Id.*
temeraria	Non formidata temeraria Leucade Sappho	*Stat. l.* 5.
amatrix	Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix	*Mart. l.* 7.
	EPITH. RECENT. Lesbia, Æolis, Graia.	

SARCINA.—*Vid.* ONUS.

gravis	Si te forte meæ gravis uret sarcina chartæ	*Hor.* 1. *Ep.*

SARDANAPALUS, *Assyriorum rex.*

EPITH. RECENT. imbellis, Assyrius, iners, mollis, turpis, lascivus, infamis, luxuriosus.

SARDINIA, *maris Mediterranei insula.*

EPITH. RECENT. dives, ferax, fertilis, fœcunda, opulenta, noxia.

SARDONYX.—*Vid.* ONYX.

pelludiculus	Aut pelludiculi deliciis lapidis	*Catul.*

SARISSA.

Macedonia	Qui clypeo, gladioque Macedoniaque sarissa	*Ov. l.* 12.
Pellæa	Primi Pellæas arcu fregêre sarissas	*Luc. l.* 8.
fraxinea	Fraxineas vibrant Macedûm de more sarissas	*Stat. l.* 7.
	EPITH. RECENT. teres, Hæmonia, levis, longa, ferrata, vallida.	

SARMATÆ, *ſeu* SAUROMATÆ,
Populi vagi, Boryſthenem inter et Iſtrum.

vēlŏces —nec junctus Sarmata velox—Pannonio *Luc. l. 3.*
întŏnſi Intonſus teritur ſemita Sarmatis *Seneca.*
fŏrtes Aut qui Caſpia fortibus recludit juga Sarmatis *Id. Thy.*
frīgĭdi Nec tela gerit Sarmata frigidus *Id.*
văgi Quæ modo Marcomanos poſt horrida bella, vagoſque—Sauromatas *Stat. 3. Syl.*
flāvi Quàm flavos decies vincere Sarmatas *Claud.*
EPITH. RECENT. trŭces, gĕlĭdi, crūdi, hīrti, bēllāces.

SARNUS, *Campaniæ fluvius.*
EPITH. RECENT. Cāmpānus, vitrĕus, ămœnus, vēlōx, sŏnāns.

SARRACUM.—*Vid.* PLAUSTRUM.

frīgĭdum Frigida circumagunt pigri ſarraca Bœotæ *Juv. Sat. 5.*

SATA, *orum.*—*Vid.* AGER, SEGES.

læta Et pluvia ingenti ſata læta, boûmque labores *Virg. 1. Geo.*

SATELLES.

rĭgĭdus Virtutis veræ cuſtos, rigiduſque ſatelles *Horat.*
EPITH. RECENT. pēllītus, lōrīcātus, trux, răbĭdus, ārmātus, rōbūſtus, vălĭdus, fŏrtis, aūdāx, ĭmpĭger, fĭdēlis, fĕrōx.

SATURNUS,
Filius Cœli et Veſtæ, habuit liberos Jovem, Junonem, Neptunum, Plutonem.

sĕnex Saturnuſque ſenex, Janique bifrontis imago *Vir. 7. Æn.*
fālcĭfĕr Ante pererrato falcifer orbe deus *Ov. 1. Faſt.*
Leūcădĭus Triſtia Leucadio ſacra peracta deo *Id. l. 5. Faſt.*
EPITH. RECENT. aūrĕus, fālcĭtĕnēns, fālcĭfĕr, ōmnĭpŏtēns, prŏfŭgus, fālcātus, trīſtis, āntīquus, prīſcus, ānnōſus, ēxul, crūdēlis, ĭmmītis.

SATYRA.

līvēns Liventem ſatyram nigra rubigine turbes *Stat. l. 1. Syl.*
EPITH. RECENT. aūdāx, mōrdāx, dēntāta, prŏcāx, pĕtŭlāns.

SATYRI, *Sylvarum Dii.*

sāltāntes Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibæus *Vir. in Buc.*
caprĭpĭdes Et aures capripedum Satyrorum acutas *Hor. 2. Car.*
agrēſtis Mox etiam agreſtes Satyros nudavit *Id. in Art.*
dĭcāces —ita commendare dicaces—Conveniet Satyros *Id. ib.*
prŏtĕrvi Intererit Satyris paulum pudibunda protervis *Id. ib.*
cĕlĕres Me Satyri celeres, ſylvis ego tecta latebam *Ov. in Ep.*
lĕves Quàm Satyri coluêre leves *Sil. l. 3.*

lāſcīvi ācres — Inter laſcivos Satyros, Panaſque biformes Et acres inſudant tonſis Satyri — *Colum.* *Claud.*

EPITH. RECENT. bĭcōrnes, pĕtŭlāntes, săl-ăces, bĭfōrmes, mōntĭcŏlæ, fŭgāces, tūrpes, cōrnĭpĭdes, sāltāntes.

SAXONES, *Germaniæ populi.*

EPITH. RECENT. infrænes, dūri, rĭgĭdi, fōrtes, māgnănĭmi, bēllāces, fĕrōces.

SAXUM.

aprīcum — Mitis in apricis coquitur vendemia ſaxis — *Vir. 2. Geo.*
dūrum — Dura jacet pernix inſtrato ſaxa cubili — *Id. 3. Geo.*
ĭnvĭum — Perque undas ſuperante ſalo perque invia ſaxa — *Id. 1. Æn.*
ſpūmĕum — ——et ſpumea circum—Saxa fremunt — *Id. 7. Æn.*
rōſcĭdum — ——et roſcida rivis—Hernica ſaxa colunt — *Id. ib.*
gĕlĭdum — ——gelidoque pavens dedit oſcula ſaxo — *Ov. 1. Met.*
hōrrēns — ——et ſylvis horrentia ſaxa fragoſis — *Id. 4. Met.*
sŏlĭdum — Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo — *Id 6. Met.*
fĕrum — Ut fera vitarem ſaxa monendus eram — *Id. 2. de Pon.*
lătebrōſum — ——nec me latebroſa movebunt—Saxa — *Id.*
Cĕraūnum — Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno — *Prop. l. 2.*
Cēntaūrĭc. — Quodque vehunt prore Centaurica ſaxa minantes — *Id. l. 4.*
lūbrĭcum — ——multaque rubentia cæde Lubrica ſaxa madent—— — *Luc. l. 2.*
ſcrūpōſum — Scrupoſiſque ănguſta vacant ubi litora ſaxis — *Id. l. 6.*
āſpĕrum — Aſpera te Pholoes frangentem Monyche ſaxa — *Lucr. l. 1.*
ădāmāntĭn. — In quo jam genere imprimis adamantina ſaxa — *Id. l. 5.*
hūmĭdum — Lubrica, proluvie larga lavere humida ſaxa — *Id. l. 6.*
năvĭfrăgum — Proram, navifragis avidam concurrere ſaxis — *Stat. 5. Th.*
Pўrrhæum — Cuncta Prometheaſque manus, Pyrrhæaque ſaxa — *Id. l. 8.*
frīgĭdum — ——et frigida vultu—Saxa terunt — *Id. l. 10.*
hīrtum — ——hirtaque dumis—Saxa — *Id. 3. Syl.*
rĭgēns — Oppoſitaſque rupes, et ſaxa rigentia ferro — *Id.*
prærŭptum — Caſtraque præruptis ſuſpendunt ardua ſaxis — *Sil. l. 3.*
hūmēns — Firmabat greſſum, atque humentia ſaxa premebat — *Id.*
Cyclōpĕum — ——ſleverunt freta, fleverunt Cyclopea ſaxa — *Id. l. 4.*
cōncāvum — ——vallis, tumulique, et concava ſaxa — *Id. l. 5.*
hōrrĭdum — ——in ſcopulos atque horrida ſaxa — *Id. l. 7.*
Hērnĭcum — Hernicaque impreſſo raduntur vomere ſaxa — *Id. l. 8.*
mūrāle — ——perfracte rubine dentes—Muralis ſaxi — *Id. l. 10.*
ĭmdisŏnum — Fluctus ab undiſoni, ceu forte crepidine ſaxi — *Val. Fl. 4.*
crūdum — Nec minus in ſcopulos, crudique cacumina ſaxi — *Id. 8.*
rimōſum — Offenſo per ſaxa furit rimoſa meatu — *Claud.*
inhōſpĭtum — Et inhoſpita Cypri ſaxa parant — *Id.*

EPITH. RECENT. ădſum, mōntānum, naūfrăgum, prōmĭnens, sălĕbrōſum, mūſcōſum.

SCABIES.

SCABIES.

tūrpis — Turpis oves tentat ſcabies, ut frigidus imber — *Vir. 3. Geo.*
mălа — Ut mala quem ſcabies, aut morbus regius urget — *Hor. in Art.*
EPITH. RECENT. mŏlēſta, ĕdāx, īmmūnda, fœtĭda, ōbſcœna, āſpĕra.

SCABRITIES.

EPITH. RECENT. dūra, rĭgĭda, āſpĕra, rŭdis, īmpŏlīta, īngrāta.

SCALÆ.

EPITH. RECENT. ārdŭæ, āltæ, tĕrĕtes, făcĭles, ērēctæ, pēnsĭles.

SCALMUS.—*Vid.* REMUS.

SCALPRUM.

ăcŭtum — Medium truncum acuto ſcalpro modicè findito — *Col. l. 3.*
tĕnŭe — Infeſtaſque partes tenui ſcalpello levare — *Id. l. 6.*
ădūncum — Aduncum ſcalprum alterum prima fronte, &c. — *Id. l. 11.*

SCAMANDER, *ſeu* XANTHUS, *Trojæ fluvius.*

EPITH. RECENT. Phrўgĭus, Dārdănus, Trōjānus, præceps, ămœnus, sŏnāns, rĕsŏnāns.

SCAPHA.—*Vid.* CYMBA.

bĭrēmis — Tunc me biremis præſidio ſcaphæ—Tutum — *Hor. 3. Car.*

SCAPHIUM.

ærĕum — Collocatur circiter ſolis occaſum ſcaphum æreum, &c. — *Vitruv.*
ăhēnum — Et ramenta ſimul ferri furere intus ahenis — *Lucr. l. 6.*
In Scaphiis———
EPITH. RECENT. fœdum, tūrpe.

SCARUS, *piſcis.*

ŏbēſus — Hic ſcarus æquoreis qui venit obeſus ab undis — *Mart. l. 3.*
ăvĭdus — Namque quis neſcit avidum vorata decipi — *Id. l. 5.*
Scarum muſca?——
EPITH. RECENT. mōllis, æquŏrĕus, Cārpăthĭus.

SCATEBRA.—*Vid.* FONS.

SCELUS.

īnfāndum — Ut ſcelere infando, quod nec ſinit Adraſteia — *Vir. in Cir.*
nĕfāndum — Inſcia quando quidem ſcelus es conata nefandum — *Id. ib.*
ĕxĭtĭāle — Sed me fata mea, et ſcelus exitiale Lacænæ — *Id. 6. Æn.*
dētēſtābĭle — Quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt — *Cic. de Am.*
fœvum — Pegnore tam ſævi ſceleris ſua ſigna ſecutus — *Luc. l. 10.*
īmmāne — Pendere eos pœnas immani pro ſcelere omnes — *Lucr. l. 5.*
īnvīſum — Quicquid relictum eſt, venias inviſum ſcelus — *Seneca.*
hōrrĭdum — Ut ipſum ſceleris auctorem horridi, &c. — *Id.*

dīrum

dīrum Primus et ignaris dirum ſcelus attulit umbris *Val. Fl.* 3.
prōfānum Tranſtulerat nomen Lybiæ, ſcelerique profano *Claud.*
EPITH. RECENT. nĕfārĭum, ĭmpĭum, crŭēntum, ĭnēxpĭābĭle, crūdēle, atrum, fœdum, trĭſte, pŭdēndum, ĭnīquum, &c.

SCENA.

EPITH. RECENT. lūdĭcra, ūmbrōſa, dēlĭcĭōſa, frōndēns, vĭrĭdis, vĭrēns, Graia.

SCHINIS, *latro.*

fævus Membra quis ſævus Schinis, aut quis *Sen. Hip.*
Procruſtes ſparſit?———
EPITH. RECENT. sānguĭnĕus, trux, ĭmmītis, dūrus, ātrōx, &c.

SCHOLA.

EPITH. RECENT. dōcta, cĕlĕbris, clāra, ĭnsīgnis.

SCIENTIA.—*Vid.* ARTES *liberales.*

SCINTILLA.

pārva Parva ſubinducta latuit ſcintilla favilla *Ov. l.* 7.
rŭĭs Scintillam tenuem commotos pavit in ignes *Luc. l.* 3.
clāra Exſilit et claras ſcintillas diſſipat ignis *Lucr. l.* 6.
EPITH. RECENT. cŏrūſca, vŏlāns, vŏlātĭlis, ĭgnīta, rŭbēns, ārdēns.

SCIPIO, *Africanus.*

EPITH. RECENT. Aūsŏnĭus, Rōmŭlĕus, trŭcŭlēntus, fōrtis, aūdāx, Mārtĭus, māgnănĭmus, gĕnĕrōſus, ănĭmōſus, ſtrēnŭus.

SCIRPUS.—*Vid.* JUNCUS.

SCEPTRUM.

gĕmmāns ————ſi me gemmantia dextra *Ov.* 5. *Met.*
Sceptra tenere decet——
Aurea cur dextræ ſceptra dedêre meæ *Id.* 6. *Faſt.*
Priſtina majeſtas foliorum et ſceptra ſuperba *Lucr. l.* 5.
Aurata reges ſceptra Tantalici gerunt *Sen. Thy.*
——indignatuſque trabali—Saxa ferit ſceptro *Claud.*
EPITH. RECENT. pŏtēns, prĕtĭōſum, ĭmpĕrĭōſum, vĕnĕrāndum, mĭnax, fŭlgēns, ĭnvĭdĭōſum, rēgĭum, decōrum, ĕbūrnĕum.

SCOPA.

Vilis in Scopis, in mappis, &c. *Hor.* 2. *Sat.*
Facito ſcopas virgeas, &c. *Cato.*

SCOPULUS.

——ſcopuloque infixit acuto *Vir.* 1. *Æn.*
————gemino demittunt brachia uro *Id.* 3. *Æn.*
Turriti ſcopuli——

immānis

ĭmmānis	Immanem ſcopulum mediis permiſit in undas	*Ov. lib.* 14.
ădēſus	Nunc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis	*Id. in Ep.*
frondōſus	Frondoſi igneſcunt ſcopuli	*Sil. l.* 9.
	Pro epithetis minoribus vid. RUPES.	

SCORPIUS, *ſignum cæleſte.*

ārdēns	Ipſe tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius———	*Vir.* 1. *Geo.*
vĕnēnĭfĕr	Hinc æquale jugum, caudaque venenifer unca	*Id. de Sig.*
fōrmidōlōſ.	———ſeu libra, ſeu me Scorpius aſpicit Formidoloſus———	*Hor.* 2. *Car.*
mĭnāx	Tu qui flagrantem minacem Scorpion incendis cauda	*Luc. l.* 1.
	EPITH. RECENT. pūgnāx, ācer, dīrus, hōrrēns, mōrtĭfĕr, vĭŏlēntus.	

SCORTUM.—*Vid.* MERETRIX.

dēvĭum	Quis devium ſcortum eliciet domo	*Hor.* 2. *Car.*
fēbrĭcŭlōſus	Verum neſcio, quid febriculoſi ſcorti diligis	*Catul.*
prŏcāx	Ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu conſulis recubantis.	*Livius.*

SCOTI,
Septentrionalis partis Britanniæ incolæ.

trŭces	Quæ Scoto dat fræna truci.	*Claud.*
	EPITH. RECENT. fĕrōces, bārbări, ĭmmītes, dūri, rĭgĭdi.	

SCROBS.—*Vid.* FOSSA, SPELUNCA.

SCURRA.

ĭnfĭdus	Diſcolor infido ſcurræ diſtabit amicus	*Hor. l.* 1. *Ep.*
	EPITH. RECENT. lŏquāx, prŏcāx, tūrpis, gārrŭlus, făcētus.	

SCUTUM.—*Vid.* CLYPEUS.

fŭlgēns	———————fulgentia longe Scuta virûm fluvio pictaſque innare carinas	*Virg.* 8. *Æn.*
ærĕum	Hic teretes galeas, magnorumque ærea ſcuta Thoracum———	*Stat.* 1. *Th.*
fĕrrĕum	Ferreo ſcuta tegunt humeros, et pectora latè	*Id.* 4. *Th.*
aūrātum	Ut aurata ſcuta dominis argentariorum, &c.	*Livius.*

SCYLACEUM, *ſinus in Italia.*

nāvĭfrăgum	Caulonеſque arces et navifragum Scylaceum	*Vir.* 3. *Æn.*

SCYLLA,
Phorci filia, quæ mutata eſt in rupem in freto Siculo, e regione gurgitis Charybdis.

ĭmpĭa	Impia prodigiis ut quondam exercuit amplis Scylla———	*Vir. in Cir.*
ĭnfōrmis	Quam ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro Scyllam———	*Id.* 3. *Æn.*
rŭpāx	Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo	*Ov. l.* 6.

fĕrōx

fĕrōx Scylla ferox trunco quum latret ab inguine monſtris *Id. 4. Pont.*

Nērēĭa Illam non avidis canibus Nereia virgo *Id. in Ep.*
EPITH. RECENT. vŏrāx, immānis, trŭcŭlēnta, trĭfōrmis, lātrāns, Sĭcŭla, Phōrcis, mĕtŭēnda.

SCYLLA,
Niſi, Megarenſium regis, filia.

Nīsēĭa —vix ſane virgo Niſeia compos—Mentis erat *Ov. l. 8.*
EPITH. RECENT. impĭa, pērfĭda, ſcĕlĕrāta, nĕfārĭa.

SCYROS, *inſula in Ægeo mari.*

ſcŏpŭlōſa ——quum ſe ſcopuloſa levavit—Scyros *Stat. in Ach.*

SCYTHÆ,
Populi partim in Europa, partim in Aſia habitantes; ſed perpetuò ſedem mutantes.

prŏfŭgi Te Dacus——Aſper, te profugi Scythæ *Hor. 1. Car.*
cāmpēſtres Campeſtres melius Scythæ, &c. *Id. 3. Car.*
gĕlĭdi Quis Parthum paveat? Quis gelidum Scytham *Id. 4. Car.*
errāntes ——tinxére ſagittas—Errantes Scythiæ populi *Luc. l. 3.*
vāgi Hyrcana tellus? an vagi paſſim Scythæ? *Sen. Thy.*
EPITH. RECENT. indŏmĭti, ſævi, ærīsŏni, bēllāces, bēllĭgĕri, invĭcti, &c.

SCYTHIA.—*Vid.* SCYTHÆ.

glăcĭālis Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris *Ov. lib. 8.*
nĭvōſa Hic Ephyrem bimarem, Scythiam tenet illa nivoſam *Id. in Ep.*
EPITH. RECENT. gĕlĭda, rĭgēns, incūlta, bārbāra, &c.

SCYTHON.

āmbĭgŭus Ambiguus fuerit, modò vir, modò femina Scython *Ov. 4. Met.*

SECESSUS.

lōngus Eſt in ſeceſſu longo locus, &c. *Vir. 1. Æn.*
EPITH. RECENT. tūtus, sēcūrus, rĕmōtus.

SECURIS.

ærāta ——et æratam quatiens Tarpeia ſecurim *Vir. l. 11.*
Amāzŏnĭa Nec tibi Amazonia eſt pro me ſumenda ſecuris *Ov. 3. de Po.*
āncĕps Ancipitemque manu tollent utraque ſecurim *Id. lib. 8.*
făcrĭfĭca Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri *Id. l. 12.*
frĭgĭda Nam quis caſtra vocet, tot ſtrictas jure ſecures *Luc. l. 5.*
læva Obterat et pulchros faſces, ſævaſque ſecures *Lucr. l. 5.*
grăvis Conantique gravem fronti liberare ſecurim *Sil. l. 5.*
Thērmōdō. Thermodontiaca Tanain fregêre ſecuri *Claud.*
EPITH. RECENT. crūēnta, bārbărĭca, vălĭda, mīſsĭlis, aūdāx, dūra, vūlnĭfĭca, rĭgĭda, trux, nĭtĭda, tĕrrĕa.

SEDES.

EPITH. RECENT. līgnĕa, aūrĕa, ĕbūrna, pĭcta, cŭrūlis, ālta, ōrnāta.

SEDITIO.—*Vid.* DISCORDIA.

tūrbĭda ——————creſcitque favore *Ov. l. 9.*
Turbida ſeditio———

īntēſtīna Seditio inteſtina majore malo coorta *Livius.*

nĕfārĭa Cæteri nefariæ ſeditionis auctores ſanguine luent *Id.*

clāmōſa ——————humiliſque novorum *Claud.*
Seditio clamoſa ducum———

SEDULITAS.

ōffĭcĭōſa Officioſaque ſedulitas venit et opella forenſis *Hor. 1. Ep.*
Adducit febres———

EPITH. RECENT. gnāva, ācris, prōvĭda, vĭgĭl.

SEGES.

grăvĭda Quæ gravidam latè ſegetem ab radicibus imis *Vir. 1. Geo.*

fĕrāx Sardiniæ ſegetes feraces—— *Hor. 1. Car.*

cāna Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas *Ov. l. 10.*

tĕnĕra Nec teneras ſegetes, ſed durum amplectere ferrum *Id. 1. Faſt.*

ūda Factaque erit poſito rore bis uda ſeges *Id. l. 6.*

fœcūnda ——fœcundæ ſegetis calcata peruſſit *Luc. l. 5.*

hērbĭda In agrum exportata ſegetes herbidas reddant *Col. l. 1.*

læta Ea res lætas ſegetes reddit *Id. l. 12.*

frūctŭōſa Licet videre fructuoſas ſegetes *Var.*

frūmēntārĭ. Ubi ſegetes frumentarias, &c. *Id.*

Phărĭa ———Phariæ ſegetes, et Punica meſſis *Id.*
EPITH. RECENT. ĭnvălĭda, fērtĭlis, vĭrĭdis, hūmĭda, ſpĭcāta, lūxŭrĭāns, trītĭcĭa, ăbūndāns, lārga, āmpla, mātūra, aūrĕa, flāvēſcēns.

SEGNITIES.

sēra ————namquæ ſera moratur—Segnities *Vir. 2. Æn.*

ægra ————ægramque fatiſcunt—Segnitiem *Val. Fl. 3.*
EPITH. RECENT. ĭmmūnda, ĭnērs, trīſtis, tōrpēns, īgnāva.

SELINIS, *Siciliæ urbs, juxta Lelibæum.*

pālmōſa Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinis *Vir. 3. Æn.*

SEMELE,
Filia Cadmi et mater Bacchi.

Thēbāna Thebanæque jubet me Semeles puer, &c. *Hor. 1. Car.*

Cādmēĭa Talibus ignaram Juno Cadmeia dictis *Ov. 2. Met.*
Formarat——

mĭsĕrābĭlis Tot miruêre peti Semele miſerabilis arſit *Id. 3. El.*

fōrmōſa Narrabis Semele quo ſit formoſa periclo *Prop. l. 2.*
ĭmpröba Improba mox Semele vix dena recentia collo *Stat. 2. Th.*
Induit———
EPITH. RECENT. Eūchĭa, pūlchra.

SEMEN.

pĭnguе Pinguia nec ſiccis urantur ſemina glabris *Hor. in Ep.*
fœcūndum Intumuêre æſtu, fœcundaque ſemina rerum *Ov. 1. Met.*
prōlĭficum Et ſine prolifico ſemina factus homo es *Id. l. 1.*
EPITH. RECENT. Cĕrĕāle, gĕnĭtāle, fĕrāx, fērtĭle, ſpārſum.

SEMIRAMIS,
Aſſyriorum regina, quæ muris coctilibus Babylonem cinxit.

fōrmōſa Qualiter in Thalamos formoſa Semiramis eſſe *Ov. 1. El.*
Dicitur———
EPITH. RECENT. phărĕtrāta, Băbўlōnĭa, Mārtĭa, fōrtis, bēllātrĭx, ārmĭpŏtēns, &c.

SENATOR.—*Vid.* SENATUS.

SENATUS.

sānctus Jura, magiſtratuſque legunt, ſanctumque *Vir. 1. Æn.*
ſenatum
prūdēns Juſſa dei prudens poſtquam accipêre ſenatus *Ov. l. 15.*
prætĕxtus Curia prætexto quæ nunc nitet alba ſenatu *Prop. 4.*
grāndævus Credite grandævum, vetitumque ætate ſena- *Luc. l. 7.*
tum
mägnănĭ. Triſtia magnanimi portabat juſſa ſenatus *Sil. l. 15.*
pūrpŭrĕus Cantu purpureum trahes ſenatum *Stat. 2. Syl.*
bĕllātor Ut dominam plebem, bellatoremque ſenatum *Claud.*
trăbĕātus ———trabeatus adit delubra ſenatus *Id.*
clārus Floreat, et claro cingatur Roma ſenatu *Id.*
EPITH. RECENT. săcer, nĭtĭdus, ĭmmōbĭlis, hŏnōrātus, grăvis, jūſtus, aūgūſtus.

SENECA. *Philoſophus Romanus, Neronis præceptor.*

făcūndus Facundi Senecæ potens amicus *Mart. l. 5.*
prædives ———et Senecæ prædivitis hortos *Juv.*
EPITH. RECENT. ăcūtus, dōctus, ſĕvērus.

SENECTUS *et* SENECTA.

trĭſtis ——ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus *Virg. 3. Geo.*
tūrpis ——nec turpi ignoſce ſenectæ *Id. ib.*
crūda ——ſed cruda Deo viridiſque ſenectus *Id. 6. Æn.*
cānēns Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam *Id. l. 10.*
lōnga Longa Tithonum minuit ſenectus *Hor. 2. Car.*
vĕtus —et rugis vetus—Frontem ſenectus exercet *Id. in Ep.*
trānquilla ——ſeu mi tranquilla ſenectus—Exſpectat *Id. 2. Sat.*
bălba Occupet extremis in vicis balba ſenectus *Hor. 1. Ep.*
mātūra Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ *Ov. 5. Met.*
ānnōſa Et tamen annoſæ pellem poſuêre ſenectæ *Id. l. 7.*
pigra ———non eſt mea pigra ſenectus *Id. l. 10.*

dāmnōſa

dāmnōſa	——quo me ſervas damnoſa ſenectus	*Ov. l.* 12.
ſpătĭōſa	——ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus	*Id. ib.*
ægra	——tremuloque gradu venit ægra ſenectus	*Id. l.* 14.
ōccĭdŭa	Labitur occiduæ per iter declive ſenectæ	*Id. l.* 15.
ālba	Inficit et nigras alba ſenecta comas	*Id.* 4. *Triſt.*
cāna	——quorum mihi cana ſenectus—Auctor	*Id. in Ep.*
cărĭōſa	Quid precer iratus? niſi vos carioſa ſenectus Rodat——	*Id.* 1. *Et.*
cūrva	Jam veniet tacito curva ſenecta pede	*Id.* 2. *de Art.*
tārda	——dum tarda ſenectus Inducat rugas, inficiatque comas	*Tibul. l.* 2.
Tĭthōnĭa	At non Tithoni ſervans aurora ſenectam	*Prop. l.* 2.
plăcĭda *et* lēnis	Eſt enim et puræ et eleganter actæ ætatis placida et lenis ſenectus	*Cic. de Sen.*
sōmnĭcŭlōſa	Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis ignaviæ, ſomniculoſæ	*Id.*
hŏnōrāta	Habet ſenectus honorata præſertim tantam auctoritatem, &c.	*Id.*
prōna	Sed prona ſenectus terram	*Corn. Gal.*
grăvis	Oderuntque gravis vivacia fata ſenectæ	*Luc. l.* 2.
ĭnops	——manibuſque inopem duxiſſe ſenectam	*Id. l.* 5.
sōbrĭa	——magnis cui ſobria curis Perdebat ſomno jam deteriore ſenectus	*Stat.* 1. *Th.*
vīvāx	——vivacis dura ſenectæ—Supplicia expendi	*Sil. l.* 6.
quĕrĭbūnda	Curæque inſidiæque atque hinc queribunda ſenectus	*Sil. l.* 13.
frăgĭlis	Verum ubi fata virum fragili ſolvêre ſenecta	*Id. l.* 14.
fœda	—quæ vos ſubito tam fœda ſenectus—Corripuit	*Val. Fl.* 4.
sacra	Primaque par adeo ſacræ lanugo ſenectæ	*Juv. Sat.* 13.
cērvīna	Jam torquet juvenem longa et cervina ſenectus	*Id. Sat.* 14.
	EPITH. RECENT. ēffĕta, lōngæva, ĭnfīrma, rūgōſa, mōllis, trĕmŭla, ĭnclīnāta, mĭsĕra, ĭncūrva, dōcta, ămāra, mĭsĕrānda, frīgĭda, fēſſa, ĭnīqua, vĕnĕrānda, ĭnvălĭda, præceps, dīra, vĕnĕrābĭlis, frīgēſcens, gĕlĭda, ſquālens, cūrvāta, ærūmnōſa, ăvāra, dēlīra, rĭgĭda.	
	SENEX.	
ănhēlus	Ora fovent illo, et ſenibus medicantur anhelis	*Vir.* 2. *Geo.*
lōngævus	Longævoſque ſenes, ac feſſas æquore matres	*Id.* 5. *Æn.*
ĭnvălĭdus	Invalidique ſenes turres, ac tecta domorum Obſedêre——	*Id.* 12. *Æn.*
pārcus	Te ſenes parci miſeræque nuper Virgines nuptæ——	*Hor.* 2. *Car.*
dēlīrus	Libertaſve ſenem delirum temperet	*Id.* 2. *Sat.*
mātūrus	Maturuſve ſenex, an hunc florente juvente, &c.	*Id. in Art.*
mĭsĕr	Multa ſenem circumveniunt incommoda vel quod—Quærit, et inventis miſer abſtinet	*Id. ib.*

ānṭiquus	Diſce per antiquos quæ mihi nota ſenes	*Ov. 2. Faſt.*
ĭnfĭrmus	Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes	*Id. 3. Faſt.*
vĕtus	In veteres eſto dura puella ſenes	*Tibul. l. 1.*
dūrus	Iſta ſenes licet accuſent convivia duri	*Prop. 2.*
dēcrĕpĭtus	Me vocat imbellem, decrepitumque ſenem	*Corn. Gall.*
mōrōſus, &c.	At ſunt inquit, moroſi et anxii et difficiles ſenes, ſi quærimus, et avari	*Cic.*
grāndævus	Grandævoſque ſenes miſtis armavit ephebis	*Luc. l. 3.*
ēxhaūſtus	Vos deſpecta ſenes, exhauſtaque ſanguine turba	*Id. l. 5.*
aprīcus	——noſtra ut floralia poſſent Aprici meminiſſe ſenes——	*Perſ. Sat. 5.*
fĕſſus	Concitat flammis, ſenibuſque feſſis	*Seneca.*
lāſſus	Tibi grandævi, laſſique ſenes	*Id.*
ēxsānguis	——exſangueſque merendo Stant prima inter ſigna ſenes——	*Sil. l. 2.*
rĕſes	——refides ad bella vocantur Quis pudeat certare ſenes——	*Id. l. 7.*
vĕrēndus	——menſura verendus—Scribit jura ſenex	*Claud.*
sĕvērus	——pueriſque ſeveri—Certavêre ſenes	*Id.*

EPITH. RECENT. rāncĭdus, ſquāllĭdus, dēbĭlis, rĭgĭdus, ānnōſus, cānus, pēllĭtus, trĕmŭlus, ēffĕrus, æger, ārĭdus, ēnervātus, gĕlĭdus, rūgōſus, tārdus, vērbōſus, incūrvus, imbēllis, ēxōſſis.

SENIUM.—*Vid.* SENECTUS.

ſtĕrĭle	Hominis tum demum declaratur ſterile ſenium	*Colum.*
dēfōrme	Deformis ſenii limina tranſeat	*Sen. Hip.*
trīſte	Morumque ſenium triſte, et aſpectu grave	*Id. ib.*
dēbĭle	Senio trementem debili, atque ævo gravem	*Id.*
ĭnērs	——ſenio nec fuſus inerti	*Stat. in Syl.*

SENSUS.

EPITH. RECENT. ăcūtus, vĭgĭl, vīvūs, tĕnŭis, sūbtĭlis, mōllis, &c.

SENTES.

ĭncūlti	Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva	*Vir. in Buc.*
āſpĕri	Improviſum aſperis veluti qui ſentibus anguem	*Id. 2. Æn.*
dēnſi	——quam denſi complerant undique ſentes	*Id. l. 6.*
hāmāti	Tangit et hamatis præcordia ſentibus implet	*Ov. 2. Met.*

EPITH. RECENT. dūri, hīſpĭdi, mōrtĭfĕri, ăcūti, rĭgĭdi.

SENTINA.

grăvis	Tunc ſentina gravis, tunc ſummus vertitur aër	*Juv. Sat. 6.*

EPITH. RECENT. căpāx, lārga, fœda, ŏlĭda, ŏlēns, tūrpis, putris.

SEPES.

lōnga	Licia dependent longas velantia ſepes	*Ov. 3. Faſt.*
sўlvēſtris	Sylveſtribus ſepibus denſa	*Cic.*

hīrta

hīrta — Tales humus vel parietibus vel ſepibus hirtis — *Colum.*
EPITH. RECENT. ālta, ſpinōſa, frŭtĭcōſa, hīrsūta, ăcūta, tĕxta.

SEPIA, *piſcis.*

nigra — Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha — *Perſ. Sat.* 3.

SEPIAS, *Macedoniæ promontorium.*

lōnga — Jam Sciathos ſubſedet aquis, jam longa receſſit Sepias———— — *Val. Fl.* 2.

SEPS, *ſerpentis genus.*—*Vid.* SERPENS.

tābĭfĭcus — Oſſaque diſſolvens cum corpore tabificus ſeps — *Luc. l.* 4.

SEPTEMBER, *menſis.*

EPITH. RECENT. frūctĭfĕr, grăvĭdus, ŏnĕrātus, pōmĭfĕr, răcēmĭfĕr.

SEPTENTRIO.—*Vid.* ARCTOS.

SEPULCHRUM.

īmum — ——ſæpe animas imis excire ſepulchris — *Vir. in Buc.*
mœſtum — Aufer, habent alias mœſta ſepulcha faces — *Ov.* 2. *Faſt.*
trīſte — ————quis triſte ſepulchrum——Dixerit — *Stat.* 5. *Syl.*
Maūsōlĕa — Aëre non vacuo pendentia Mauſolea — *Mart. l.* 1.
sālſum — —ſalſiſque ſepulchris—Natales habitare vices — *Claud.*
EPITH. RECENT. mūtum, ātrum, ŏpācum, fātāle, māgnĭfĭcum, gĕlĭdum, īngrātum, tĕtrum, fūnĕrĕum, ĕxcūltum, mārmŏrĕum, sŭpērbum, prĕtĭōſum.

SEPULTURA.—*Vid.* SEPULCHRUM.

SERA.—*Vid.* JANUA.

fīrma — Portaque vix firma ſummovet arma ſera — *Ov.* 1. *de Pa.*
dūra — Clauditur et dura janua firma ſera — *Tibul. l.* 1.
EPITH. RECENT. fērrĕa, fērrāta, ærāta, ſtrīdēns, vălĭda, fīda, tūta, sēcūra, āffīxa.

SERAPIS.—*Vid.* OSIRIS *et* APIS.

SERES,

Populi Orientales, apud quos arboribus lana Sericum *dicta excreſcit: Indis finitimi ſunt.*

cŏlōrāti — Vela colorati qualia Seres habent — *Ov.* 1. *El.*
Eōi — Videre Eoi monſtrum admirabile Seres — *Sil. l.* 17.
EPITH. RECENT. lōngĭnqui, ēxtrēmi, flāvi, bĕnīgni, mītes.

SERIPHUS, *inſula Maris Ægei.*

plāna — ————————planamque Seriphon — *Ov.* 7. *Met.*
Marmoreamque Paron———
pārva — Ut Gyaræ clauſus ſcopulis, parvaque Seripho — *Juv. Sat.* 10.
hŭmĭlis — Hinc ſpretæ Mycones, humiliſque Seriphus — *Stat. in Ach.*

SERMO.

pūrus, *&c.*	Sermo purus, inquit, et Latinus remaneat, delectus, luculentus, politus, planus	*Cic.*
mītis	Sed nihil hic clamor, nil sermo mitis agebat	*Corn. Gall.*
prōmptus	Ingenium velox, audacia perdita, sermo promptus	*Juv. Sat.* 3.
vāgus	Vivit adhuc, completque vagis sermonibus aures	*Claud.*
	EPITH RECENT. cūltus, grāvis, āmœnus, lēpĭdus, blāndus, pŏlītus, dūlcĭlŏquus, cōmis, cānōrus, fēstivus, fācūndus, jējūnus, ārĭdus, tĕnŭis, hŭmĭlĭs, cōncīnnus, suāvis.	

SERPENS.

āter	Ille malum virus serpentibus addidit atris	*Vir. in Buc.*
squāmĕus	——————ima per orbes Squameus intortos finuat vestigia serpens	*Id. in Æt.*
āspĕr	Fortis et asperos tractare serpentes	*Hor.* 1. *Car.*
Afer	Canidia afflasset pejor serpentibus Afris	*Id.* 2. *Sat.*
fōrmidābĭl.	——————————serpens Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli	*Ov.* 2. *Met.*
dīrus	Posse mori cupies, tunc quum cruciabere diræ Sanguine serpentis——	*Id.*
cærŭlĕus	Cæruleus serpens horrendaque sibila misit	*Id.* 3. *Met.*
mĭnax	Sibilat totos minax serpens per armos	*Sen.*
lătebrōsus	Perbibit pestem latebrosa serpens	*Id.*
lētĭfĕr	Siccaque letiferis squalent serpentibus arva	*Luc. l.* 9.
plēna vĕnēno	——mihi plena veneno—Occurrat serpens	*Id.*
Nĭlĭăcus	——————fixus præcordia pressit Niliaco serpente cruor——	*Id.*
ĕxĭtĭōsus	Sed exitiosis quoque serpentibus, &c.	*Colum.*
mĭnāns	——lingua vibrante minantis—Serpentis	*Lucr. l.* 3.
tĕrrĭgĕna	Terrigena erigitur serpens	*Stat* 5. *Th.*
lēthālis	——lethalisque erumperet atria serpens	*Id.* 6. *Th.*
Mārtĭus	——dum Martius impia serpens—Stagna bibit	*Id. l.* 11.
fævus	In meinet fævi serpentis prælia verte	*Sil. l.* 6.
hŏrrĭfĭcus	Sibilaque horrifices, torquet serpentibus ægris	*Id. l.* 9.
tūmēns	——multusque tumens per nubila serpens	*Claud.*
	EPITH. RECENT. vĕnēnātus, nōxĭus, tōrtus, flĕxĭlis, pēnnātus, lūbrĭcus, crīstātus, squālĭdus, vĕnēnĭgĕr, sīnŭōsus, lĭvĭdus, sĭbĭlus, immānis, hŏrrēns, vērsĭcŏlor, fævus.	

SERPYLLUM.

ŏlēns	——————et olentia latè——Serpylla	*Vir. Geo.* 4.
	EPITH. RECENT. ŏdōrĭfĕrum, vĭrēns, lūxŭrĭāns, ŏdōrum, frāgrāns, grātum, jūcūndum, suāve, āmœnum, vĭrĭde.	

SERRA,

SERRA, *seu* SERRULA.

ārgūta	Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ	*Vir. 1. Geo.*
ăcūta	Si vero in cavæ arboris ramo fuerit acutiſſima ſerra	*Colum.*
fĕrrĕa	In quo ſit extremo ferrea ſerrula	*Varro.*
ſtrīdēns	Ne tu fortè putes ſerræ ſtridentis acerbum	*Lucr. l. 2.*
	EPITH. RECENT. dēntāta, raūca, lōnga, lēvis, rŭtĭlāns, Dædălĭa.	

SERTUM.

flōrēns	Hæc Veneris vario florentia ſerta decore	*Vir. in Bat.*
lūtĕum	Sertaque purpurea lutea miſta roſa	*Id. in Copa.*
ŏlēns	Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta	*Id.*
ſpīcĕum	Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas	*Id. 4. Tem.*
gĕnĭālē	Non data ſunt capiti genialia ſerta	*Ov. l. 3.*
mōlle	——habent unctæ mollia ſerta comæ	*Id. 2. Faſt.*
flōrĭdum	Et velant ſcabras florida ſerta molas	*Id. 6. Faſt.*
hūmĭdum	Deque lachrymis humida ſerta dato	*Id. 3. Triſt.*
ŏdōrātum	Feſtaque odoratis innectunt tempora ſertis	*Id. 5. Triſt.*
fēſtum	Feſta coronato non pendent limine ſerta	*Luc. l. 2.*
cærŭlēum	Tum fera cæruleis intexit cornua ſertis	*Stat. 4. Th.*
grāmĭnĕum	Proxima gramineis operoſior area ſertis	*Stat. 6. Th.*
Hĕlĭcōnĭum	——————cui non Heliconia cordi—Serta	*St. 4. Sil.*
tēxtĭle	Textilibus ſertis omne rubebat iter	*Mart. l. 4.*
flāvēns	————quoties flaventia ſerta comarum Sponte cadunt————	*Claud.*
ſtēllāns	————jam tibi molitur ſtellantia ſerta	*Id.*
frāgrāns	————fragantibus inde—Cæſariem ſertis	*Id.*
	Pro epithetis minoribus vid. CORONA.	

SERVA.—*Vid.* SERVUS.

SERVITIUM.

grăve	Tum grave ſervitium, tam duros paſſa labores	*Vir. in Cir.*
trĭſte	Quàm triſti ſubjectus ſervitio	*Livius.*
tūrpe	Turpi ſervitio favens finxit libido	*Seneca.*
ācre	——ſervitium acre—Te nihil impellit	*Perſ. Sat. 5.*
	EPITH. RECENT. dūrum, immite, mĭsĕrum, infāme, ŏnĕrōſum, mŏlēſtum, hŭmile, abjēctum, vile.	

SERVITUS.—*Vid.* SERVITIUM.

SERVUS.

fallāx	Dum fallax ſervus, durus pater, improba lena Vixerit———	*Ov. l. 1. El.*
crētātus	Nuper hanc urbem pedibus qui venerat albis	*Juv. Sat. 1.*
fŭgitīvus	Et qui fugitivis ſervis ludunt compedes	*Plaut.*
	EPITH. RECENT. fidus, fĭdēlis, infidus, strēnŭus, vĭgil, ācer, ŏfficĭōſus, ăgilis, sŏlers, impĭgĕr, prōmptus, ignāvus, ĭnops, miſer,	

infēlix,

īnfēlīx, ĕgēnus, vīlis, ābjēctus, hŭmĭlis, sōrdĭdus.

SETÆ.

cŏmāntes	Ciniphii tordent hirci ſetaſque comantes	*Vir. l. 3. Geo.*
rĭgĭdæ	———rigidis horrentia ſetis—Terga dat	*Ov. l. 8. Met.*
dūræ	Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis	*Id. l. 13.*
hīrtæ	Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ	*Id. ib.*
ſtrĭctæ	————ſtrictiſque erexit pectora ſetis	*Stat. l. 1.*
fĕræ	Et villoſa feris horrebant pectora ſetis	*Sil. l. 13.*
trĕmŭlæ	Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta	*Mart. l. 1.*

SEVERITAS.

ăcērba	Hæc illius ſeveritas acerba videretur	*Cicero.*
dūra	Torquatus priſcæ nemis duræ pleriſque videbatur ſeveritatis	*Liv.*
	EPITH. RECENT. rĭgĭda, mŏlēſta, întŏlĕrābĭlis, aūſtēra, &c.	

SIBILUS.

hōrrēndus	Cæruleus ſerpens, horrendaque ſibila torſit	*Ov. 3. Met.*
ſtrīdŭlus	Stridula fuderunt fibratis ſibila linguis	*Luc. l. 9.*
trĕpĭdāns	————et trepidantia torſit—Sibila	*Val. Fl. l. 7.*
īnfēſtus	————nec me tua ſibila toto	*Id. l. 8.*
	Exagitent infeſta mari———	
	EPITH. RECENT. dīſsŏnus, raūcus, ſtrīdēns, hōrrēns, hōrrĭdus, ăcūtus, tērrĭbĭlis, ingēns.	

SIBYLLA,

Virgo futuri præſcia. Decem numero fuerunt; harum præcipua fuit Cumana, quæ a Virgilio vocatur Deiphobe.

cāſta	————————huc caſta Sibylla	*Vir. 5. Æn.*
	Nigrarum multo pecudum te ſanguine ſiſtet	
Amphrȳsĭa	Quæ contra breviter fata eſt Amphryſia vates	*Id. l. 6.*
Cūmæa	—Cumæa Sibylla—Horrendas canit ambages	*Id. ib.*
vīvāx	Litora Cumarum, vivaciſque antra Sibylla	*Ov. l. 14.*
trĕmŭla	Si modo Avernalis tremulæ Gortyna Sibylla	*Prop.*
lōngæva	Carmina longævæ vobis commiſſa Sibyllæ	*Luc. l. 5.*
Grȳnēa	—cecinit Grynea per orbem—Hæc olim vates	*Sil. l. 9.*
Phœbēa	Firmabis noſtra Phœbeæ dicta Sibyllæ	*Id.*
vĕtus	——vetereſque dabo inter ſacra Sibyllæ	*Id. l. 13.*
răbĭda	Intonuit rupes rabidæ delubra Sibyllæ	*Claud.*
	EPITH. RECENT. dīvīnĭlŏqua, fātĭlŏqua, Dĕlphĭca, ānnōſa, fātĭdĭca, præſāga, prænūncĭa.	

SICAMBRI, *Germaniæ populi.*

fĕrōces	————————trahes feroces	*Hor. 4. Car.*
	Per ſacrum clivum, merita decorus	
	Fronde, Sicambros	
gaūd. cæde	————e cæde gaudentes Sicambri	*Id. 4. Car.*
	Compoſitis venerantur armis———	

ĭndŏmĭti	——indomitoſque Sicambros—Contudet	*Ovid.*
tĕrrĭbĭles	Terribiles duro gaudent hic Marte Sicambri	*Propert.*
tōrvi	Tanquam de Cattis aliquid, torviſque Sicambris—Dicturus	*Juv. Sat.* 4.
flāvi	Agmina quinetiam flavis objecta Sicambris	*Claud.*
	EPITH. RECENT. dētōnſi, ſævi, dūri, fōrtes, īnfrænes, crinīti, īntōnſi.	

SICANI.—*Vid.* SICULI.

ĭmmītes	Tu quoque quæ immites celebras Erecina Sicanos	*Ov.* 3. *Met.*

SICANIA, *ſeu* SICILIA.—*Vid.* SICILIA.

trĭfĭda	Ultima Sardiniam, Cernon, trifidamque retentat—Sicaniam	*Claud.*

SICILIA, *inſula maris Mediterranei.*

Trīnacris	Vaſta Giganteis injecta eſt inſula membris Trinacris———	*Ov.* 3. *Me*
	EPITH. RECENT. Æŏlis, fērtĭlis, frūgĭfĕra, fĕrāx, fœcūnda, dīves, æquŏrĕa, trĭfĭda.	

SICULI, *Siciliæ inſulæ incolæ.*

EPITH. RECENT. ăcūti, īmmītes, trĭlīngues.

SICYON, *Peloponneſi urbs antiqua.*

ŏlĭvĭfĕra	Aut ut olivifera quondam Sicyone profecto	*Ov. in Ibin.*
ālta	Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta	*Juv. Sat.* 3.
	EPITH. RECENT. Graĭa, ārdŭa, prīſca, vĕtus, āntĭqua.	

SIDON, *Phœniciæ urbs, juxta Tyrum.*

prĕtĭōſa	Et Tyros inſtabilis, pretioſaque murice Sidon	*Luc. l.* 3.
Tўrĭa	Venerat ad bellum Tyria Sidone nepotum, &c.	*Sil. l.* 7.
Cādmæa	Spirantis rogus Enceladi Cadmæaque Sidon	*Id. l.* 14.
	EPITH. RECENT. pīſcōſa, vĕtus, pŏtēns, prīſca, ēlāta, nōbĭlis, īnclўta.	

SIDUS.

aūrĕum	————feret aurea ſidera clamor	*Vir.* 2. *Æn.*
văgum	Et vaga ceſſerunt ſidera ſolis equis	*Id. de ort. Sol.*
lūcĭdum	Sic fratres Helenæ, lucida ſidera	*Hor.* 1. *Car.*
æthĕrĕum	Ætherioque recens exarſit ſidere limus	*Ov. l.* 1. *Met.*
cœlēſte	————————ſicut cœleſtia ſuper Inconcuſſa ſuo volvuntur ſidera lapſu	*Luc. l.* 2.
ārdŭum	————————tamen ardua teſtor—Sidera	*Stat.* 1. *Syl.*
īgnĕum	Ignea multivago tranſmittis ſidera lapſu	*Id.* 1. *Th.*
clārum	Emerito fulgens clara inter ſidera plectro	*Sil. l.* 11.
cŏrūſcum	——et ſæva luce coruſcum—Scintillat ſidus	*Id. l.* 12.
cāndĭdum	Sit, vario motu quæ candida ſidera verſet	*Lucr. l.* 5.
cēlſum	————ſidus micans regale ſecuti	*Mart. l.* 9.
	Pro epithetis minoribus vid. ASTRA.	

SIGILLUM.

EPITH. RECENT. īmprēſſum, āppŏsĭtum.

SILENTIUM.

fĭdēle	Eſt et fideli tuta ſilentio	*Hor. 3. Car.*
mūtum	Carpitur acclivis per muta ſilentia trames	*Ov. l. 10.*
răbĭōſum	Murmura quum ſecum et rabioſa ſilentia rodunt	*Perſius.*
tăcĭtūrnum	Affirmant vulgo taciturna ſilentia rumpi	*Lucr. l. 4.*
trānquīllum	Exturbare odiis tranquilla ſilentia noctis	*Stat. 1. Th.*
hōrrēndum	——tenebræque horrenda ſilentia alebant	*Id. l. 5.*
tĕnĕbrōſum	Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus	*Claud.*

EPITH. RECENT. nōctūrnum, ŏpācum, lătebrōſum, ārcānum, sōmnĭfĕrum, āltum, plăcĭdum, lōngum.

SILENUS, *Bacchi pædagogus.*

ebrĭus	Quique ſenex ferula titubantes ebrius artus Suſtinet———	*Ov. 4. Met.*

EPITH. RECENT. vĕtŭlus, Arcădĭcus, sĕnex, ſpūmāns, mădĭdus.

SILENI, *nomen* Faunorum.

Nўsĭgĕnæ	Cum Thiaſo Satyrorum, et Nyſigenis Silenis	*Catul.*
sĕnes	Silenique ſenes, et pater ipſe chori	*Prop. l. 2.*

SILEX.—*Vid.* RUPES.

dūrus	Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes	*Vir. 6. Æn.*
rĭgĭdus	In rigidos verſum ſilices prior edidet ætas	*Ov. l. 9.*
ĭndŏmĭtus	Indomituſque ſilex curva fornace liqueſcit	*Stat. 3. Syl.*
vălĭdus	Unde queant validi ſilices, ferrumque creari	*Lucr. l. 1.*

SILIGO.

mōllis	Sed tener, et nivens, mollique ſiligine factus	*Juv. Sat. 5.*

SIMIUS.

prŏtĕrvus	Infantem linguam, ſimium ſalibuſque protervum—Dilexi	*Stat. 5. Syl.*
cāllĭdus	Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas	*Mart. l. 14.*

EPITH. RECENT. părăsītus, āstūtus, văfer, caūtus, vērsūtus, dēfōrmis, hirsūtus, tūrpis.

SIMOIS, *Trojani agri fluvius, Xanthum influens.*

Phrўgĭus	Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam	*Vir. 1. Æn.*
răpĭdus	Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto	*Id. l. 5.*
lūbrĭcus	——————————findunt	*Hor.*
	Scamandri flumina, lubricus et Simois	
pīnnĭgĕr	———pinnigeri rapitur Simoentis ad amnem	*Stat. l. 12.*
Idæus	Idæum Simoenta, Jovis cunabula parvi	*Prop. l. 2.*

EPITH. RECENT. Ilĭăcus, Trōjānus.

SIMPLICITAS.

rŭdis	Simplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Roma eſt	*Ov. 3. de Art.*
vēra	Artibus et vera ſimplicitate bonus	*Mart. l. 1.*
nīvĕa	Nec nivea ſimplicitate prior	*Id. l. 8.*
prūdēns	Prudens ſimplicitas, pares amici	*Id. l. 10.*
vūlpīna	Callida vulpina rem ſimplicitate gubernat	*Id.*
	EPITH. RECENT. rūſtĭca, nūda, crēdŭla, incaūta, incūlta, pūra, cāndĭda.	

SIMULACHRUM.

īnfēlix	Infelix ſimulacrum atque ipſius umbra Creuſæ	*Vir. 2. Æn.*
